

IORDANI BRVNI NOLANI

OPERA LATINE CONSCRIPTA

PVBLICIS SVMPTIBVS EDITA.

VOL. II PARS II.

1. **De Architectura Lulliana.**
2. **Ars reminiscendi, Triginta sigilli etc., Sigillus Sigillorum.**
3. **Centum et viginti Articuli de natura et mundo.**
4. **De Lampade combinatoria et De specierum Scrutinio.**
5. **Animadversiones in Lampadem Lullianam ex codice Augustano nunc primum editae.**

CVRANTIBVS

F. TOCCO ET H. VITELLI.

FLORENTIAE

TYPIS SVCCESSORVM LE MONNIER

MDCCCXC.

Nelle annotazioni preposte a ciascuno degli opuscoli contenuti in questa seconda parte del secondo volume, è detto quanto era necessario per la intelligenza dell' apparato critico. Ci resterebbe da dir qualcosa del modo come è composto il volumetto Londinese, che contiene l' 'Ars reminiscendi', i 'Triginta Sigilli' etc. e il 'Sigillus Sigillorum'; ma non vediamo per ora ipotesi che tolga ogni difficoltà.[1] Basti notare che una 'Explicatio minor' (v. p. 160, 20) parrebbe dovesse supporre una 'Explicatio maior'; si potrebbe perciò credere che l' opuscolo ora ristampato da p. 73 a p. 119, opuscolo che manca in alcuni esemplari ed è ad ogni modo stampato su carta diversa dal resto, non sia che una seconda redazione di opera più ampia distrutta. Ma perchè in alcuni esemplari sarebbe stata sostituita la seconda redazione e in altri no, non sapremmo spiegare. D' altra parte se l' opuscolo mancante in alcuni esemplari fu stampato dopo del resto, come spiegare che il Sigillo *Gorgias* (p. 148) della 'Explicatio minor' vi diventa erroneamente *Caelum* (p. 94), che già così nell' uno come nell' altro opuscolo (p. 80 e 122) è titolo del secondo Sigillo? Nè si può ammettere un semplice errore di scrittura o di stampa a p. 94, perchè le parole 'Erat mundanae aeternitatis figura, circumgyrantis terrae typus' etc. non sembrano tali da far supporre che al testo non convenga l' intitolazione. Di tali difficoltà potrà forse dare spiegazione

[1] Cf. Tocco, 'Le op. lat. di G. B.' p. 63 sqq.

soddisfacente chi esaminerà esemplari diversi da quelli che abbiamo potuti veder noi; giacchè probabilmente i due esemplari nostri (il Braidense e il Guicciardiniano; cf. a p. 74) sono anche essi non integri, non avendo nè l'uno nè l'altro più di otto[1] figure geometriche (p. 109-116), mentre è da ritenere che il Bruno non abbia rinunziato al piacere di rappresentare graficamente anche altri de' suoi trenta Sigilli.

I 'Centum et viginti articuli' etc. non sono certamente al loro posto in questo volume, se non per l'ordine cronologico; crediamo non ostante di aver fatta cosa grata agli studiosi del Bruno communicandone la collazione con l''Acrotismus Camoeracensis', e lo abbiamo potuto per la somma gentilezza del Dr. V. Lutoslawski che ne ha esaminato l'unico esemplare finora noto. Così speriamo anche di non incontrar biasimo, se abbiamo fatto seguire alla 'Lampas combinatoria' le poche, insignificanti e in molti luoghi corrotte 'Animadversiones', invece di inserirle nel già troppo grosso volume delle opere inedite che sarà pubblicato fra poche settimane. Ma per piccola che sia l'importanza di queste 'Animadversiones', vogliamo anche qui esprimere la nostra gratitudine al signor prof. R. Stölzle di Würzburg, che ci diede notizia del prezioso codice di Augusta, e al signor Bibliotecario Dr. Dobel, che liberalmente ne concesse la trasmissione.

Firenze, Luglio 1890.

[1] Nel Guicciardiniano ne troviamo, è vero, sedici, ma non sono che due riproduzioni delle stesse otto figure. Del resto anche le altre tavole (p. 117-119) sono più volte ripetute negli esemplari da noi visti.

DE COMPENDIOSA ARCHITECTVRA

ET

COMPLEMENTO ARTIS LVLLII.

P = edizione Parigina, G = edizione Gfrörer. La numerazione dei fogli di P è notata in margine con le indicazioni del recto e del verso, quella delle pagine di G coi soli numeri. Nel frontispizio G ha AD ILLUSTRISSIMUM *e* VENETORUM REPUBLICA *e* SUB INSIGNI SPEI, *e P ha* Colegium.

PHILOTHEVS

IORDANVS BRVNVS NOLANVS.

DE

COMPENDIOSA ARCHITECTVRA,

ET

COMPLEMENTO ARTIS LVLLII.

AD ILLVSTRIS.

D. D. IOANNEM MORVM

PRO SERENISSIMA VENETORVM R. P.
APVD CHRISTIANISSIMVM GALLORVM ET POLONORVM REGEM LEGATVM.

PARISIIS,

APVD AEGIDIVM GORBINVM, SVB INSIGNE SPEI,
PROPE COLLEGIVM CAMERACENSE.

M. D. LXXXII.

ILLVSTRISSIMO

D. D. IOANNI MORO

PRO SERENISSIMA VENET. R. P.

APVD CHRISTIANISSIMVM GALLORVM ET POLONORVM REGEM ORATORI,

IORD. BRVN. NOL.

S. D.

Margaritam non tantum ventris commodo, ponderis momento et mole dimensionis, quantum oculorum aspectu, propriae speciei substantia et sui generis qualitate aestimandam, non cuilibet, sed viro nobiliori donari debere quicunque non desipiens iudicabit. Lapidibus ergo et gemmis incomparabilem, tantoque preciosissimam, quanto minori librorum volumine contentam artem, non cuilibet occurrenti, sed Tibi, ut cui talis tantaeque rei iudicium conve|nit atque possessio (comuni patriae atque sangui- 2v
nis propriaque virtutis et ingenii nobilitate illustrissime Domine) dicandam existimavimus. Tali quippe tantoque servatore, irrationale animantum genus hanc sibi despectam pedibus inculcaturum non timemus. Vale.

5 e 5 Venetorum republica e Brunus *G* 11 protiosissimam *G* 14 communi *G*

IORD. BRV. NOL. 3r 238

DE ARCHITECTVRA LIBRI LVLLII COMMENTVM.

SECTIO PRIMA.

Q. propositum. Caput 1.

Omni sermonis ampullati vanitate reiecta, dignissimae architecturae magisteriique praesentis efficiens universale atque primum, particularem atque proximum agentem, secundum primo disponentem materialem causam, considerationis subiectum, eius denique subiecti partes, formam atque finem accipito.

Q. efficiens primum. Cap. 2. 3v

Caussa efficiens universalis artis Lullianae est intellectus extrinsecus agens, haud aliter ad ipsius mentis sese habens elucidationem, quam diurnum astrum (cuius adminiculo videntur omnia quae videntur) ad oculum externum. Huius opere prius facultate tantum visibilia actu redduntur talia, ut inde sensitiva protinus sollicitata facultas evigilans informetur; illius causa (qui nunquam

---

1 Jord. Bruni Nolani *G* 5 Q.] *qui e nelle seguenti intitolazioni è omesso da G* 13 Causa *G* 18 reduntur *P* 19 illiusquo *G*

bene intendentibus occidit ingeniis, quominus eius fulgoris radii tanquam foribus intelligentiae nostrae continuo adstantes, si puriori contemplatione reseremus animum, sine dilatione irrepant intimius) potentiaque intelligibilia in actum intelligibilitatis velut e tenebris emergant.

Q. efficiens proximum. Cap. 3.

Causa vero efficiens particularis, intellectus agens Lullianus extitit, ita sane ad species intelligibiles et | proxime 239
dictum illuminatorem comparatus et expositus, sicut ad visibiles species istumque solem sensibilem oculus cuiusque nostrum.

Q. materia in qua. Cap. 4. 4r

Materialis causa, quam brevibus exponam, temperatior Saturnii cuiusdam habitus extitit melancholia, in qua residens spiritus, aptius se praebet animo ad opus contemplationis instrumentum, quatenus etiam nullis humani studii disciplinis excultus quidam intelligentiae (ut terra coelo dispositior) conceptis seminibus repente mirabilis evadat; sic Homero, Hesiodo, Zoroastro aliisque multis physice iudicantes accidisse credimus.

Q. materia de qua. Cap. 5.

Subiectum considerationis est universum, quod veri, intelligibilis rationabilisque rationem subire valet; adeo quippe generalia vera, necessaria atque primitiva principia praetenduntur, ut extra speculativas facultates, tan-

---

3 contemplationi *bene G* 5 *forse* emergunt? 13 quem *P*
14 exstitit *G* melancolia *PG* 24 generalia, vera *G*

quam earumdem non coarctata limitibus, ad alias facultates morales, mechanicas et per universum operosas regulandas valeant inclinari. Nullus enim, qui principiorum istorum trutinam praeterire possit, extat habitus. Conveniens nimirum est atque possibile, | ut eum in modum, quo meta- 4v
physica universum ens, quod in substantiam dividitur et accidens, sibi proponit obiectum, quaedam unica generaliorque ens rationis cum ente reali (quo tandem multitudo, cuiuscunque sit generis, ad simplicem reduci possit unitatem) complectatur.

Dignitas subiecti cons. Cap. 6.

Consideratae rei dignitas in certitudine assequutionis, in compendiosa tractationis facilitate atque sui generis sufficientia, inque eiusdem tractatae rei omni|moda no- 240
bilitate sita est. Quid enim (quamvis non ex definitis atque propriis expressius demonstrare doceat) nonne cuiuscunque facultatis nobilitatem ambit atque comprehendit?

Q. partes facult. Cap. 7.

Duae huiusce artis beneficio complentur facultates, unde duas (quas virtutales dicerent) in se continet partes, quarum altera ad inventionem, ordinem, dispositionem iudiciumque tendit, altera ad inventum, ordinatum, dispositum et iudicatum perducit.

Q. facultatis primae partes. Cap. 8. 5r

Prima in tres partes discriminatur. Primum enim in ea portione, quam alphabetum appellat (ibi enim quasi

---

1 earundem *G* 5. 6 Methaphisica *P* 11 considerati *G*: *o forse* considerationis (*cf. p. 6, 9. 7, 22 etc.*)? 18 facultatis *G* 20 cotinet *P*

simplicia enumerantur et determinantur elementa), intentiones rerum simplices quasi solidissima iacit fundamenta. Secundo veluti syllabicum combinationes intentionum efficiendo compingit, idque tum in prima figura, ubi extentis circumquaque lineis absolutorum praedicatorum singula et per modum abstracti et per modum concreti ad omnia referre et cum omnibus componere perdocet; tum in secunda figura, in qua praedicata respectiva cum eorumdem scala, non minus ad invicem, quam et ad absoluta praedicata referenda commonstrat. Tertio expressiorem in tertia figura combinationum, quae ex utriusque generis praedicatis constitui possunt, normam atque differentias insinuat. Ubi fere quomodo ex intentionum syllabis integrae conflentur dictiones, aperit. Ibi quomodo omni quaestionum genere formantur propositiones, in quibus de subiecto quolibet quodlibet absolutum, respectivum vel ex iis compositum affirmari negarique, formari infirmarique | po- 5v
test, ponit ob oculos. Hunc in modum perfectam inquisitionis disciplinam complere videtur.

Q. facultatis secundae partes. Cap. 9. 241

Secunda in septem dissecatur partes, in quibus veluti de orationibus, post dictionarium, syllabicum et alphabetum exposita, sufficienter educendis instruit. Iis enim peractis, quae ad simplicem conceptionem simpliciumque primam secundamque compositionem faciunt, ad vero affirmandum atque negandum, et in quibus ad omne genus problematum implicita continetur argumentorum copia,

4. 5 extenctis (*sic*) *P*: extensis *G* 9 schala *P* 14 aperit, ibi *G* 15 formentur *G* 17 *forse* firmari 17. 18 potest *P*: possit *G* 23 exposita sufficienter *P* 27 contineatur *G*

item responsionum, omnis generis discursuum definitionumque facultas, ad eorum tandem explicationem et multiplicationem evacuationemque proficiscitur: primo quartam ordinans figuram, in qua velut in aureo talento multiplex moneta contractius includitur; secundo tabulam, in qua species omnes mediorum extenduntur, explicantur, numerantur; tertio evacuationem tertiae figurae, in qua propositiones in primis antecedentibus implicitae explicantur; quarto multiplicationem quartae figurae, in qua primum quidem multiplican|tur ad eandem conclusionem inferen- 6r
dam vel impediendam rationes, deinde ordinando in medio circulo medium inter subiectum et praedicatum, quae considerantur in circulis extremis, inveniuntur media ad argumentandum (mitto quod de fallaciarum notitia et de praestantia huius artis subiungitur, cum alterum sit alienum, alterum non satis arti necessarium); quinto mixtionem principiorum et quaestionum, ubi deducendo haec principia per illa, absoluta per respectiva, et utraque complexe vel incomplexe, coniunctim vel sigillatim per quaestionum multitudinem, mirum in modum ditescit inventio atque iudicium; sexto subiectorum definitionem (quam ego magis distinctam percuperem) et eorumdem, dum per diversa deducuntur, diversificationem, quatenus et ipsa et omnia, quae ad eadem tanquam in iisdem implicita reducuntur, quonam pacto cum principiis absolutis et respectivis sibi adiunctis se habeant, determinari possit, ut inde, quomodo in talis et cuiuscumque | generis praedicatis (ad 242
haec enim praedicata omnia possibilia praedicata reduci sentit Lullius) de talis et cuiuscunque generis subiectis (ad

---

1 itemque *G* didiscursuum *P* 14 et *om* *G* 22 corundem *G*
27 cujuscunque *G*

haec enim subiecta caetera omnia subiecta reduci et in 6v iisdem contineri sentit idem author) regi et dirigi et gubernari debeamus, elucescat (in hac sexta parte praecipuus huius artificii finis consistit, qui omnes Lullii latuit interpretes, et Lullius ipse non minus in ipsa praeceptione, quam in exemplis, minime valuit exprimere; sed si quid huic negocio suffragari licebit, pro viribus, si dabitur ocium, aliquando praestabimus); septimo applicationem, in qua principaliter intenditur (quae principalis intentio propter plurium inutilium atque vanorum admixtionem vix delitescit) quod ad novem subiecta omnia subiecta reducantur, et in ipsis includantur et implicentur, ostendere; item quomodo absoluta omnia ad absoluta novem, ad respectiva omnia praedicata novem reportentur; insuper quemadmodum omnia cognoscibilia, per implicitum et explicitum, abstractum et concretum, per figuras allatas, per definitiones, per quaestiones, per tabulam, per evacuationem tertiae, per multiplicationem quartae, per mixtionem principiorum, per novem subiectorum rationes et per centum formas construantur, examinentur atque formentur.

---

2 auctor *G* 4 qui *G*: quē *P* 7 negotio *G* 8 otium *G* 11 delitescit *P*: apparet *G* 13. 14 et respectiva omnia ad respetiva (*sic*) novem reportentur *corregge G*

IORD. BRV. NOL. 7r 243

DE ARCHITECTVRA ARTIS LVLLII

SECTIO SECVNDA.

Propositum. Cap. 1.

Iam non ad librum, sed ad artem (a nobis elucidandam et complendam) respicientes, artis alphabetum et eius memoriam proponimus, item primam figuram et eius imaginem, secundam figuram et eiusdem facilem et promptam conceptionem, tertiam figuram et eius ordinis rationem qua mentem non fugiat discurrentis, figuram quartam certa quam dispositione formamus, et tabulam ita se omnibus offerentem suis numeris atque ordinibus, ut alia memoriae praeceptione non indigeat, et naturali se consequen- 7v tes ordine quaestiones.

De alphabeto. Cap. 2.


Quemadmodum scriptura atque lectio suis constat elementis, ita iudicium et inventio, quae per hanc aliasque plurimas artes attentantur. Artis igitur istius elementa non inconsulto per grammaticalia significantur elementa, quae novem sunt numero B, C, D, E, F, G, H, I, K. Ipsum B relinquitur primarium ab A, quod ad significandam figuram primam est occupatum. Horum elementorum singula significant primo quidem subiectum, secundo

---

1 Jordani Bruni Nolani *G*   16 constant *G*

praedicatum absolutum, tertio praedicatum respectivum, quarto quaestionem. Hinc B significat Deum, bonitatem, differentiam, utrum? C significat angelum, magnitudinem, concordantiam, quid? D caelum, durationem seu aeternitem, ⟨contrarietatem,⟩ de quo? E significat hominem, potestatem, principium, quare? F significat | imaginationem, **244** sapientiam, medium, quantum? G sensitivum, voluntatem, finem, quale? H vegetativum, virtutem, maioritatem, quando? I elementativum significat, ve|ritatem, aequali- **8r** tatem, ubi? K instrumentativum, gloriam, minoritatem, quomodo et cum quo?

B.	C.	D.	E.	F.	G.	H.	I.	K.	
De.	An.	Cae.	Ho.	Im.	Se.	Veg.	El.	In.	Su.
Bo.	Ma.	Du.	Po.	Sap.	Vo.	Vir.	Ve.	Gl.	P.a.
Di.	Co.	Con.	Pr.	Me.	Fi.	Ma.	Aeq.	Mi.	P.r.
Ut.	Quid	De.	Qua.	Qu.	Qua.	Qu.	Ub.	Qu.	Qu.




3 Differ. Vtrum, C sign. Angelum *e* 6 F. sig. Imaginationem *P* 4 *e* 13 coelum *e* Coe. *G* 5 contrarietatem *om. PG* 6 *l.* imaginativum 9 I, Elemētatiuū sig. Veritatem *P*: I significat elementativum, veritatem *G* 11 Quomodo? et cum quo, *P* 15 Con.] Cō. *P*: *intendi* contrarietatis (*cf. p. 16, 15 etc.*) Aeq. Mi. *G*: Mi. Aeq. *P*

Ad alphabeti retentionem. Cap. 3. 8v

Suppositis dictis in Cantu Circaeo, ubi de subiectorum adiectorumque ratione definivimus, cum singulis elementis quattuor convenientia significata tibi sint firmiter tenenda, naturalis autem memoria suspecta sit et haesitans, ad novem recurrito quadrata cubilia; quorum singulorum orienti A subiectum, septentrioni E praedicatum absolutum, occidenti I respectivum praedicatum, meridiei O quaestio adiiciatur, medium vero elementi illorum quattuor significativi notam contineat.

FIGVRA NOVEM IMAGINANDORVM CVBILIVM. 245




Ubi vero seorsum tibi referenda sunt subiecta, angu- 9r
los seu regiones orientales discurres; ubi praedicata absoluta, septentrionales; ubi respectiva, occidentales; ubi quaestiones, meridionales.

At si cubilium multiplicatio minus arrideat, sit in angulorum singulis homo, actio, insigne, adstans, quae re-

4 e 9 quatuor *G*

spondeant subiecto, absoluto, respectivo et quaestioni. Inde ubi seorsum examinanda sunt subiecta, intueare homines; ubi absoluta praedicata, actiones; ubi respectiva praedicata, insignia; ubi quaestiones, adstantia.



De prima figura. Cap. 4. 9v 246

Prima figura, per elementum A significata, absoluta significat praedicata, et ad cuncta omnium absoluta praedicata, vel negative vel affirmative, vel in concreto vel abstracto, vel convertibiliter vel inconvertibiliter praesentanda accommodatur. In prima quidem causa convertibiliter omnia dicuntur et concretive et abstractive, affirmative tantum; ideoque lineae a singulis elementis extentae ad omnia et ⟨ab⟩ omnibus ad singula reflexae conversionem si-

4 *segue in P la nota* 'Figura A in fine libri', *ma nel nostro esemplare* (*Bibliot. Alessandrina, XIV. f.*[2] *28*) *la figura, che con G abbiamo qui intercalata, è incisa sopra un foglio volante* (*con la nota* 'Praesens figura pertinet ad folium 5.') *situato fra 5*r *e 6*r   8 afirmatiue *P*   9. 10 presentanda *P*   12 extenctæ *P*   13 ab *om. P*   singulas *P*

gnificant et aequalitatem; dicitur enim magnitudo de bonitate et sapientia etc., bonitas et sapientia de magnitudine etc., magnum de bono et sapiente etc., sapiens et bonum de magno etc. Id quidem in caeteris aliis est impossibile, quibus tamen eo ipso haec figura deservit, quod terminus alter per alterum adiectivatur, dum alter in abstracto sumptus alteri in concreto sumpto adiungitur. Hinc a singulis ad reliqua lineae tractae, tale singulorum ab omnibus significant adiectivari: bonitas magna, durans, potens; magnitudo bona, durans, potens; | potentia bona, **10r**
magna, durans. Pro subiectorum conditione talis adiectivatio completur secundum compositionem vel divisionem, secundum trianguli angulum principii vel medii vel finis, maioritatis, minoritatis, aequalitatis, differentiae vel concordantiae vel contrarietatis.

Pro qua generalitate notandum, terminos istos sicut et ens in iisdem implicitum nec finite significare nec infinite, nec limitatum nec illimitatum, nec factum neque infectum sibi decernere; non enim essent haec et illa, sed vel haec vel illa, quae ipsorum formationem reciperent. Ens quippe infinitum significans excludit praeter Deum universa, finitum significans Deum excludat oportet. Sit similis de bono, magno caeterisque ratio, quae quidem omnia significant iuxta rationem communem materialibus et inmaterialibus, substantiis et accidentibus, finitis et infinitis. Quod si quidam | (imo et ipse Lullius) tria prima **247**
praedicata essentialia vocet, caetera vero accidentalia, illud intellig. de natura terminorum significativorum, pro qua


---

2 et sapientia etc., bonitas et *om.* G 25 in materialibus (*sic*) P: immaterialibus G 26 *la parentesi è aperta innanzi ad* imò, *ma non è chiusa dopo* Lullius *in* P 28 intelligens G pro qua P: quam G

in metaphysica et logica supponunt, non autem in hac arte generalissima, quae om|nia modo suo applicari vult ad **10v** omnia, ut et in ipsa substantia substantialem magnitudinem et qualitatem rimetur etc., qui potest capere capiat.

Ad primae figurae retentionem. Cap. 5.

Suppositis quoque iis quae de ratione subiectorum et adiectorum sunt habenda, atrium quadratum novem discriminatum conceptaculis habeto, cuius anguli quattuor habeant elementa, et media laterum quatuor sequentia, ultimum vero quadrati medium. Habet ergo angulus orientis B, septentrionis C, occidentis D, meridiei E, latus orientis F, latus septentrionis G, occidentis H, meridiei I, medium K. Ibi consequenter habes fixum ordinem conversionum, denominationumque omnium per singula, et singulorum per omnia. Rotundam figuram tanquam memoriae inimicam despicimus, angularem ut eidem familiarissimam eligimus. **11r**




De secunda figura. Cap. 6.

Secunda figura per elementum T significata, quod est primum in dictione 'Triangul.', tres in ea implicatos | com- **248**

1 methaphysica *P* 8 quatuor *G* 19 Triangul. *P* : trianguli *G*

plectitur triangulos, qui ea continent praedicata, quae hoc ipsum quod sunt aliorum esse dicuntur; principium enim principiantis, principiati, principiativi, principiabilis et principiatione dicitur; medium mediativi, mediabilis, mediantis, mediati et mediatione dicitur. | Simile de caetero- **11v**
rum angulorum terminis est iudicium, qui sane termini omnes, sicut et praecedentis figurae termini, de omnibus dicuntur modo suo, utpote pro naturae rerum conditione.



---

3 principati *P* 8 *nella figura di P* (*affatto identica a quella delle edizioni Argentoratensi delle opere del Lullo*) *due volte* intellectus *nel terzo rigo; in quella di G* (*dove sempre* it. *per* inter, *e* substantia *per* substantiam) intellectuale *nel secondo rigo*, intellectus *nel terzo; nella nostra l.* Coniunctionis. *Di altri errori di P non facciamo menzione*

Constat non circulo, sed triangulis tribus; non enim admittunt huius figurae termini consequentiam, quam primae figurae termini dicebantur ad invicem habere. Non enim dicitur differentia concordans, con|trarietas concordans, secundum omnes totque modos, licet secundum quosdam; dicitur enim principium bonum differens a magno, quia bonum et magnum diversas habent rationes, principium bonum simpliciter malo simpliciter contrarium, maioritas magna differens a gloriosa, opposita parvae. Ecce quemadmodum se invicem praedicata penetrant, quod non modo de ipsis exemptis, sed et in subiectis fundatis est intelligendum, ut cum dicitur 'bonitas magna, infinita, durans Dei', 'parva finita hominis'. Idem suo modo iudicium de caeteris.

12r

249

Constat item triangulis et non circulo, quandoquidem unum ordinem praesentis figurae termini non efficiunt; consideranti enim tres manifesti sunt ordines, quorum primus suo ternario constans appellatur per aequiparationem, secundus per suppositionem, tertius per excessum et diminutionem, ut Lulliani sonant termini. Hac de causa figura pa|rem significans rationem et habitudinem eandem, minime conveniens iudicatur. Talis erat figura circularis ab omnibus circumferentiae punctis ad centrum A pariformiter aequaliterque relatas habens partes, una cum paribus aequalibusque linearum effluxibus et influxibus.

12v


Acutis tandem constat triangulis, quia primam ab omnibus angulis penetrabilem subintrant figuram. Hinc differentia est inter bonum et bonum, bonum et magnum, differentia item et contrarietas inter bonum et malum. Ubi bonum sensibile et malum intelligibile differunt tantum, bonum sensibile et malum sensibile contrariantur;

11 in subictis (*sic*) *P*: de subjectis *G* 19 *l.* deminutionem 23 pari formiter *P*

sensibile vero et intelligibile, differens et concordans, et reliqua praedicata, penetrant primam figuram et se invicem complectuntur, cum aliorum triangulorum angulis, non minus in subiectis fundata quam exempta. Denominata enim per differentiam, concordantiam, contrarietatem, principium, medium, finem, maioritatem, minoritatem, aequalitatem, sunt Deus, Daemon, caelum, homo et caetera, et quae ad isthaec subiecta reducuntur. | Penetrant **250**
item et complectuntur subiecta non minus denominative quam absolute sumpta, absolute inquam Deum, angelum, | caelum, hominem; denominative divinum, angeli- **13r**
cum, caeleste, humanum.

Ad secundam fig. retin. Cap. 7.

Figurae praesentis memoria facilis. Ad praesentandam tamen et retinendam ipsius cum ordine dispositionem (tum enim istius, tum et aliarum, quasi situm atque formam interni sensus oculo necessum est habere praesentem) statue tibi vel in quadrato vel in rotundo atrio triangulum tali pacto dispositum: **13v**



5 *sqq.* differ. con. cont. princ. *etc.* *P*   5 contrarietatem] cont. *P*: *om.* *G*   7. 11 *e* 12 coelum *e* coeleste *G*   13 Ad secundam figuram retinendam *G*   Cap 7.] Cap. vj. *P*   19 E|CH *PG* : *l.* G|CH

Singuli angulorum singulas (si placeat) vivas habeant imagines, quae duas alias sibi collaterales adsumant. Deinde memoraturus procede a collaterali sinistro anguli B ad angulum B, hinc ad suum collaterale dextrum F, deinde a collaterali sinistro anguli C ad ipsum C, inde ad eius collaterale dextrum H, tandem ad collaterale sinistrum ipsius D, quod est I, ad eius collaterale dextrum K. Nisi velis aliter ordinare (utpote secundum naturalem successionem) in hac praeposita figura.

De tertia figura. Cap. 8. 14r

Tertia figura per aliquod elementum non significatur; ipsa enim nil aliud esse videtur, praeterquam primae | cum 251
secunda complexio. Eius elementa significant quidquid significant elementa primae et elementa secundae.

Notamus hanc figuram plurimos ad copiam rerum utillimos habere inflexionis modos. Quorum primus est sumpto pro subiecto termino absoluto, et pro praedicato alio absoluto, ut cum dicitur bonitas magna; secundo sumptis utrisque terminis respectivis, ut cum dicitur differentia principians, concordantia medians, contrarietas finiens; tertio sumpto pro subiecto termino absoluto, et pro praedicato termino relativo, ut dicendo bonitas differens; quarto sumpto pro subiecto termino respectivo, et pro praedicato termino absoluto, ut dicendo differentia bona. Qui quattuor modi multiplicantur: primo per adiective capi vel substantive subiectum vel praedicatum, dicendo bonitas magna, magnitudo bona, differentia principians, princi|pium diffe- 14v
rens, bonitas differens, differentia bona; secundo utrisque

---

6 *l.* a collaterali sinistro 15. 16 vtillimos *P*: utilissimos *corregge G* 17 pro-|praedicato *P* 24 quatuor *G*

substantive sumptis, bonum magnum, bonum quid differens; tertio componendo subiectum tantum, ut constet ex absoluto et respectivo, vel duobus absolutis, ut cum dicitur differentia magna est bona; quarto praedicatum tantum, ut cum dicitur differentia est magnum bonum; quinto subiectum et praedicatum, ut cum dicitur concordantia principians est magnum bonum. Quae compositio dupliciter fit: vel utrisque sumptis in recto, vel altero in recto, altero in obliquo (aliud enim est differentia principians, aliud differentia principiantis); item vel utrisque in concreto sumptis, vel altero sumpto in concreto, altero vero in abstracto, vel utrisque in abstracto, ut [vel] magnum bonum, magnum boni, magnitudo boni, magnitudo bona et magnitudo bonitatis. Si dicatur magnitudo bonitas, utrisque terminis in recto, non redditur complexio subiecti vel praedicati, sed ambo possunt copulative sumpta subiectum esse vel praedicatum, ut cum dicitur 'magnitudo et bonitas sunt principia', et cum dicitur 'principium est dictum de magni- **252**
tudine et bonitate'.

Animadvertendum tamen est, Lullium secundum tot **15r**
tantasque latitudines quatuor modis ab universali ad particulare descendere: primo a terminis figurae primae vel secundae per terminos figurae secundae vel primae limitatis, ut differentia bona; secundo terminis iis in sua generalitate sumptis atque illimitatis ad eosdem per angulos contractos, dicendo differentia bona inter sensuale et sensuale, intellectuale et intellectuale, inter sensuale et intellectuale, similiter de concordantia et contrarietate; tertio ab angulis ita illimitatis ad eosdem per suae scalae gradus contractos, dicendo differentia bona inter sensuale

---

11 sumtis *e* sumto *G* 12 vel (*dopo* ut) *om. G*

quod est ignis, et sensuale quod est aqua; quarto ab angulis pene subalterne contractis ad eosdem ut specialissime contractos, dicendo bona contrarietas, quae est inter sensibile quod est ignis in pipere, et sensibile quod est aqua in cucurbita. Ecce quemadmodum, deducto duodenario praedictae latitudinis per istius altitudinis quaternarium, quadraginta et octo in qualibet camera tibi reddantur propositiones, sexaginta quattuor, deducto eorum sexdenario, et longe plura, si maior maiorque numerus | **15v** deducatur; qui quidem tum dictis augeri valet differentiis, tum etiam relativorum, coniugatorum et congeneorum terminorum adiectione multiplici, adeo ut propositionum numero tempus ipsum succumbere, ne sufficere possit, appareat. Hunc locum supra quam necesse sit monstrasse volui, ut sciatis artem Lullii plus ferre momenti, quam Lullius ipse fortasse viderit; iactum quippe fundamentum excellentissime maius aedificium recipit, quam ipse struxerit.

De figur. in. et retin. Fig. Cap. 9.

Figuratio atque memoria ex triplicis progressionis consideratione delitescit, quarum prima in figura Lullii est plana, a BC ad IK, secunda perpendicularis, a | **253** BC ad BK, tertia est transversalis, a BK ad IK. Sed ad faciliorem intellectum et nonnullam utilitatem progressum perpendicularem et transversalem mutamus in rectum atque planum, et istum in transversalem atque perpendicularem, ut in triplici sequenti coordinatione est manifestum, quarum

---

8 quatuor *G*   17 edificium *P*   18 De figura invenienda et retinenda (*om.* Fig.) *G*   20 delitescit *P*: emergit *G*, *cf. p. 11, 11 e più giù p. 269, 5* (*ed. Gfr.*). *Similmente De Lampade Venator. p. 50, 20*   24. 25 atque planum, et istum in transversalem *om. G*   26 seqēuti *P*

prima 16r

BC. CD. DE. EF. FG. GH. HI. IK.
BD. CE. DF. EG. FH. GI. HK.
BE. CF. DG. EH. FI. GK.
BF. CG. DH. EI. FK.
BG. CH. DI. EK.
BH. CI. DK.
BI. CK.
BK.

secunda

BC. BD. BE. BF. BG. BH. BI. BK.
CD. CE. CF. CG. CH. CI. CK.
DE. DF. DG. DH. DI. DK.
EF. EG. EH. EI. EK.
FG. FH. FI. FK.
GH. GI. GK.
HI. HK.
IK.

tertia


BK. CK. DK. EK. FK. GK. HK. IK.
BI. CI. DI. EI. FI. GI. HI.
BH. CH. DH. EH. FH. GH.
BG. CG. DG. EG. FG.
BF. CF. DF. EF.
BE. CE. DE.
BD. CD.
BC.

---

4 EH] FH *P*

De quarta figura. Cap. 10. **16v**

Quarta figura, tribus constans circulis, tres praecedentes complectitur figuras, estque ad tabulae generalis | con- **254** structionem ordinata, cuius ope peritus in arte solutiones et argumenta ad idem problema in innumerum multiplicare poterit.



Praesens figura septem habet revolutiones, quibus dein- **17r** ceps septem domus constituuntur, quarum quidem prima constituitur, cum sub B circuli superioris immobilis poni-

---

6 *dei tre circoli concentrici, riuniti qui in una sola figura, il più grande è inciso nel testo di P, gli altri due in un foglio volante* (*con la nota:* Hi duo circulli (*sic*) includuntur in eo circulo qui habetur folio 16.): *anche G li ha riuniti in una figura sola, in modo però che i circoli interni fossero, come bisogna immaginarli, mobili*

tur C circuli medii et D circuli inferioris, causando septem cameras; secunda, cum sub B circuli superioris ponitur D circuli medii et E circuli interioris; tertia, cum sub B circuli superioris ponitur E circuli medii et F circuli interioris; quarta, cum sub B circuli superioris ponitur F circuli medii et G circuli inferioris; quinta, cum sub B circuli superioris ponitur G circuli medii et H interioris; sexta, cum sub B circuli superioris ponitur H circuli medii et I circuli inferioris; septima, cum sub B circuli superioris ponitur I circuli medii et K circuli interioris.

Domus prima septem ordinibus constans habet 21. cameras. **17ᵛ 255**

7.	6.	5.	4.	3.	2.	1.
bcd.	bce.	bcf.	bcg.	bch.	bci.	bck.
bde.	bdf.	bdg.	bdh.	bdi.	bdk.	
bef.	beg.	beh.	bei.	bek.		
bfg.	bfh.	bfi.	bfk.			
bgh.	bgi.	bgk.				
bhi.	bhk.					
bik.						

Domus secunda sex ordinibus constans habet 21. cameras.

Secunda domus constituitur, cum fit revolutio duorum internorum circulorum ⟨sub C⟩ circuli immobilis, collocato primo sub eo D circuli medii et E circuli infimi; secundo

1 e 6 e 9 interioris *G: con egual diritto correggerai* inferioris *nei vv. 3. 4. 7 e 10; del resto cf. De specierum scrutinio p. 609 sqq. (ed. Gfrörer), dove tutte le seguenti tabelle ricorrono nuovamente* 12 habet 21. *P*: habet xxviii *corregge G* 24 sub C *è stato aggiunto da G : om. P*

E medii, F infimi; tertio F medii, G infimi; quarto G medii, H infimi; quinto H medii, I infimi; sexto I medii, K infimi.

6.	5.	4.	3.	2.	1.
cde.	cdf.	cdg.	cdh.	cdi.	cdk.
cef.	ceg.	ceh.	cei.	cek.	
cfg.	cfh.	cfi.	cfk.		
cgh.	cgi.	cgk.			
chi.	chk.				
cik.					

Domus tertia 5. ordinibus constans habet 15. cameras. 18r

Tertia domus constituitur revolutione duorum internorum circulorum sub D circuli immobilis, primo collocato sub eo E circuli medii et F infimi; secundo F medii, G infimi; tertio G medii, H infimi; quarto H medii, I infimi; quinto I medii, K infimi.

256

5.	4.	3.	2.	1.
def.	deg.	deh.	dei.	dek.
dfg.	dfh.	dfi.	dfk.	
dgh.	dgi.	dgk.		
dhi.	dhk.			
dik.				

Domus quarta quattuor ordinibus constans habet 10. cameras.

Quarta domus fit revolutione duorum circulorum sub E circuli inmobilis, collocato primo sub eo F circuli me-

24 quatuor *G* 27 (*cp. 28, 10*) in mobilis *P*: immobilis *G*

dii et G inferioris; secundo G medii, H infimi; tertio H medii, I infimi; quarto I medii, K infimi.

18v

4.	3.	2.	1.
efg.	efh.	efi.	efk.
egh.	egi.	egk.	
ehi.	ehk.		
eik.			

Domus quinta tribus constans ordinibus habet 6. cameras.

Quinta domus fit, cum primo sub F circuli inmobilis collocatur G circuli medii et H infimi; secundo H medii, I infimi; tertio I medii, K infimi.

3.	2.	1.
fgh.	fgi.	fgk.
fhi.	fhk.	
fik.		

Domus sexta duobus ordinibus constans et tribus cameris.

Sexta domus fit primo sub G immobilis collocato H medii et I infimi; secundo I medii, K infimi.

1.	2.
ghi.	ghk.
gik.	

---

19 ⟨circuli⟩ immobilis *G*

Domus septima unius camerae. 257

Septima domus fit moto sub H circuli inmobilis I medii, K infimi.

1.

hik.

Comp. 19r

Ex revolutione igitur circulorum quartae figurae resultant octo et viginti domus, quarum prima septem habet ordines et 24. cameras, secunda sex ordines, 21. cameras, tertia quinque ordines, cameras 15., quarta quattuor ordines, 10. cameras, quinta tres ordines, 6. cameras, sexta duos ordines, 3. cameras, septima unam cameram.

De tabula magna. Cap. 11.

Tabula magna octoginta quattuor columnis constat, iuxta totidem camerarum numerum, quae in 28. sunt ordinibus, qui sunt in septem domibus, a septem revolutionibus in quarta figura constitutis.

Quaelibet autem columna ex 21. cylindris, et horum singuli quattuor constant membris. Unde quaternarium ductum per 21. reddit 84. membra.

Cylind. 21. sunt BCD. CBD. DBC. BBC. BBD. CCB. CCD. DDB. DDC. BCC. BDD. CBB. CDD. DBB. DCC. BCB. BDB. CBC. CDC. DBD. DCD.

---

2 remoto *G* in | mobilis *P*: immobilis *G* 3 K] B *G* 6 COMPLEXIO *G* 7. 9 resultant septem domus *e* habet ordines et XXVIII cameras *corregge G* 10 camera 15 Quatta *P* 10 *e* 14 quatuor *G* 10. 11 ord. *P* 18 *sqq. cf. De spec. scrut. l. c.* 19 ⟨ex⟩ quatuor *G* 21 Cylindri *G*

Singula cylindrorum quatruplici ipsius T situatione, quatuor membra sibi ascis|cunt: aut enim est ante elemen- **19ᵛ** tum primum TBCD, aut post primum ante secundum BTCB, aut post secundum ante tertium BCTB, aut post tertium BCDT. Elementa ante T significant praedicata absoluta, elementa post T respectiva significant praedicata.

BCD.	Columna. [BCD.]	**258**
tbcd.	diff. conc. cont.	
btcd.	bon. conc. cont.	
bctd.	bon. magn. cont.	
bcdt.	bon. magn. dur.	
CBD.		
tcbd.	conc. diff. cont.	
ctbd.	magn. conc. cont.	
cbtd.	magn. bon. cont.	
cbdt.	magn. bon. dur.	
DBC.		
tdbc.	cont. diff. conc.	
dtbc.	dur. diff. conc.	
dbtc.	dur. bon. conc.	
dbct.	dur. bon. magn.	
BCB.		
tbcb.	*	
btcb.	bon. conc. diff.	
bctb.	bon. mag. diff.	
bcbt.	*	

1 Singuli *corregge G* 2 quatuor *G* adsciscunt *G* 7 *sqq. nota di G*: 'Abbreviationes *diff.* differentiam vel differens, *conc.* concordantiam vel concordans, *cont.* contrarium vel contrarietatem designant. Notandum vero, hanc tabulam referri ad figuram secundam (cap. VI. pag. 248) nec penitus intelligi posse mentem Bruni, nisi compararetur scriptum Lullii, quod inscribitur 'ars brevis' (impressum Parisiis 1578) et in quod Noster hoc tractatu commentatur.' 7 BCD (*la seconda volta*) *om. G* 25 magn. *G*

BDB. 20r
tbdb. *
btdb. bon. cont. diff.
bdtb. bon. dur. diff.
bdbt. *
CBC.
tcbc. *
ctbc. mag. diff. conc.
cbtc. magn. bon. conc.
cbct. *
CDC.
tcdc. *
ctdc. magn. diff. conc.
cdtc. magn. dur. conc.
cdct. *
DBD.
tdbd. *
dtbd. dur. diff. cont.
dbtd. dur. bon. cont.
dbdt. *
DCD.
tdcd. *
dtcd. dur. conc. cont.
dctd. dur. mag. cont.
dcdt. *
BBC.
tbbc. *
btbc. bon. diff. conc. 20v
bbtc. *
bbct. *

---

8 e 24 magn. *G*

BBD.
tbbd. *
btbd. bon. diff. cont.
bbtd. *
bbdt. *
CCB.
tccb. *
ctcb. magn. conc. diff.
cctb. *
ccbt. *
CCD. 259
tccd. *
ctcd. magn. conc. cont.
cctd. *
ccdt. *
DDB.
tddb. *
dtdb. dur. cont. diff.
ddtb. *
ddbt. *
DDC.
tddc. *
dtdc. dur. cont. conc.
ddtc. *
ddct. * 21r
BCC.
tbcc. *
btcc. *
bctc. bon. magn. conc.
bcct. *
BDD.
tbdd. *

btdd. *
bdtd. bon. dur. cont.
bddt. *
CBB.
tcbb. *
ctbb. *
cbtb. magn. bon. cont.
cbbt. *
CDD.
tcdd. *
ctdd. *
cdtd. magn. dur. cont.
cddt. *
DBB.
tdbb. *
dtbb. *
dbtb. dur. bon. diff.
dbbt. *
DCC.
tdcc. *
dtcc. * 21v
dctc. dur. magn. conc.
dcct. *

De utilibus et inutilibus combinationibus.

De septem igitur, quae habentur, istius columnae membrorum duodenariis, tria duntaxat extant utilia; ratio cuius est inde manifesta, quia frustra eiusdem praedicati

22 dotc *P*

signum geminatur in ipsis. quae per stellarum adiectionem sunt in columna denotata. Duodenarium primum de tribus primis cylindris extrahitur, secundum de sex sequentibus secundis, tertium de duodecim tertiis et ultimis.

Haec columna 84. membrorum, cuius 36. diximus esse utilia, foecundior est quam columna | Lulliana, quae 20. **260** tantum constat membris in unico cylindro. Accidit autem nobis eam ditasse per eam rationem, qua Raymundus potuit omisisse caetera membra. quia inutilem eiusdem fieri videbat repetitionem. quandoquidem dicere BCD, id est bonitas magna durans, et dicere CBD, id est magna bonitas durans, idem est. Nos vero Raymundi ordinem et sufficientiam non improbamus, et fatemur in suo vigenario | omnia tandem contineri quidem, sed caeca et ipsi **22r** Lullio fortasse etiam occulta vel minus considerata. Postquam igitur combinationes. quae ex quatuor istis elementis et ordinatis fieri possunt, extendimus, quaeque ex iis omnibus frugales extent patefactum est, discurratur columna sumendo primum elementum substantive, duo reliqua adiective, dicendo: bonitas magna durans, quae significatur in BCD. Nonne utillima et etiam pro ratione complementi discursus necessaria eorumdem elementorum alia ordinatio fiet, dicendo: magnitudo bona durans, cuius signum est CBD? Non est sane eiusdem repetitio. Similiter unquam non erit eiusdem repetitio, si certa quadam lege disponantur termini tres per adiectivum et substantivum, rectum et obliquum, ut ea lege se habeat unum membrum, qua aliud; vel si omnia membra pariformiter capian-

---

5 *scriviamo* 84 *per* 88; *cfr. p. 39, 22*   6 fæcundior *P*   8 eum ditasse *G*   13. 14 in ipsius vicenario *G*   17 et *om.* *G*   quaeque] et quae *G*   18 omibus *P*   21 significatur *De spec. scrut.*: significantur *PG*   vtillima *P*: utilissima *G*   23 durans? cuius *P*

tur, numquam eiusdem fiet repetitio, et non incidemus in necessarii omissionem, sicut cum posito BCD contemnitur CBD.

Numerus legum. 22v

Leges vero, quibus uniformiter discurritur columna, sunt octo, quarum una est sumpto primo termino adiective, reliquis duobus substantive; 2. alia est sumpto primo termino substantive, duobus aliis adiective, 3. alia sumpto primo et secundo termino adiective, tertio substantive, 4. alia sumpto primo et secundo termino substantive, tertio adiective, 5. alia sumpto primo et | tertio adiective, secundo sub- 261
stantive, ⟨6.⟩ alia sumpto primo et tertio substantive, secundo adiective, 7. alia sumptis omnibus adiective, 8. alia sumptis omnibus substantive.

Multiplicatio legum.

Praepositae octo leges, per variam obliqui et recti, abstracti concretique distributionem, utilissimas 38. propositionum considerationes, quibus subiectum problema potest examinari, constituunt.

Stante enim primo termino adiective, secundo et tertio substantive, dicitur:

BCDT 23r

Bonum magnitudinis durationis.
Boni magnitudo durationis.
Boni magnitudinis duratio.

---

2 ommissionem *P* 12 *om. il numero P* 17 vtillissimas *P; seguono del resto 39 combinazioni invece di 38* (*da cancellare p. 36, 6?*)

Primo substantive. secundo et tertio adiective:

BCDT

Bonitas magna durans.

Bonitas magni durantis.

Bonitas magno durans.

Bonitas magna durantis.

Bonitatis magnum durans.

Bonitatis magnae durans.

Primo et secundo adiective. tertio substantive:

BCDT

Bonum magnum duratione. i. per duration.

Bonum magnum durationis.

Bonum magnae durationis.

Boni magna duratio.

Boni magni duratio.

Primo et secundo substantive. tertio adiective:

BCDT

Bonitas magnitudinis durans.

Bonitas magnitudinis durantis. i. quae durat.

Bonitas magnitudinis durantis. i. eius quod durat.

Bonitatis magnitudo durans.

Bonitatis magnitudinis durans. id est de bonitate magnitudinis id quod durat. 23ᵛ 262

---

4 magna e 5 magni *G* 6 magna *De spec. scrut.*: magni *PG, cf. a p. 35, 17* 9.10 *G*: 10.9 *P* 11 id est per durationem *G*, *e similmente in seguito (cfr. a r. 22 e p. 37, 6* id est *è scritto per esteso anche in P*) 20 Bonitas magnitudinis *De spec. scrut.*: Bonitatis magnitudo *PG* durantis *G*: durās *P* quod *P*: quae *G*

Primo et tertio adiective, secundo substantive:

BCDT

Bonum magnitudinis durans.

Bonum magnitudinis durantis, i. quae durat.

Bonum magnitudinis durantis, i. eius quod durat.

Boni magnitudinis durans, id est de bono magnitudinis id quod durat.

Boni magnitudo durans.

Primo et tertio substantive, secundo adiective:

BCDT

Bonitas magna duratione, i. per durationem.

Bonitas magna durationis.

Bonitas magnae durationis.

Bonitatis magna duratio.

Bonitatis magnae duratio.

Omnibus adiective sumptis:

BCDT

Bonum magnum durans.

Bonum magnum durantis.

Bonum magni durans.

Bonum magni durantis.

Boni magnum durans.

Boni magni durans.

---

5 quod *P*: quae *G* 9. 10 e 16. 17 *G*: 10. 9 e 17. 16 *P*

Omnibus substantive sumptis:

BCDT

Bonitas magnitudinis durationis. **24r**
Bonitatis magnitudo durationis.
Bonitatis magnitudinis duratio.

INDVCTIO.

Hoc quod completum est in BCDT, quod est unum membrum primi cylindri huius columnae, intelligatur completum in BCTD, BTCD, TBCD, quae sunt reliqua eiusdem cylindri membra. Identidem fiat in aliis | cylindrorum **263** membris, tum columnae istius, tum aliarum omnium.

Multiplex terminorum acceptio.

Nec te praetereat, [in] quod terminus primus, hoc in loco i. in columna ista per B significatus, aliquando sumitur secundum se, ut cum quaestio est de bonitate; quandoque sumiter cum alio incomplexe sumpto, ut cum quaestio est de bonitate mundi, de bono naturae, de bono summo; aliquando sumitur cum alio complexe sumpto, ut cum quaestio est de bonitate aeternitatis mundi. Omnis enim quaestio de subiecto aliquo aut sumitur sine aliquo | quod **24v** verbo adiaceat, ut: an, quid, de quo, quare etc. mundus est? aut sumitur cum uno adiacente, ut: an, quid, de quo etc. mundus est aeternus? aut sumitur cum duobus vel pluribus adiacentibus, ut: an, quid, quomodo, bonum

---

1.2 *G*: 2.1 *P*   8 prsmi *P*   13 in (*innanzi a* quod) *om.* *G*
14 i. in *P*: id est in *G*   15 questio *e* 16 qnestio *P*   21 mnndus *P*
23 summitur *P*   24 bonnm *P*

est mundum esse in aeterna concordantia et differentia? etc. De aliis aliorum membrorum primis terminis idem est iudicium. Item sicut ipsum B, quod ponitur pro subiecto, tripliciter sumi posse dicitur; ita tripliciter posse sumi caeteros terminos (ut in hoc loco CD) intelligatur. Ipsum vero in uno demonstrasse sufficit.

Hoc pacto confusam, obscuram et imperfectam tabulam distinximus, clarificavimus et perfecimus. Ipsam pauperiorem atque nugacem ditavimus, frugalemque reddidimus. Id sane illis inventis Lullianis addidisse non potuit omnibus esse facile, sed iis qui meliores experti sunt etiam eiusdem generis inventiones.

De memoria tabulae. Cap. 12.

Tabula per nos ordinata atque adaucta suum habet, qui te (si recte inspicias) non praeterire possit, ordinem. Pri|mo in quartae figurae septem revolutionibus sub septem **25r**
elementis rotae inmobilis BCDEFGH, quarum prima septem, secunda sex, tertia quinque, quarta quattuor, quinta tribus, sexta duobus, septima uno constat | ordine. Qui 28. **264**
ordines cameras 84. continent, ex quibus columnae 84. extrahuntur, quarum singulas 21. cylindris constare vidimus, quorum singuli, quatuor continentes membra, 84. membris columnam constitutam reddunt, quorum 36. tantum utilia comperiuntur. Per quem quidem numerum si deducatur 38narius, qui pendet ex octo legibus, quibus octo modis uniformiter columnam discurrimus, per variam

---

1 *om. l'interrogativo PG* 8 perfecimus, ipsamque *G* 14 adauctas *P* 17 rotae *P*: notae *G* in mobilis *P*: immobilis *G* 18 quatuor *G* 22 quatuor] 4 *P* LXXXIV *G*: 88 *P* 23 constirutam *P* 25 trigintoctonarius *G*

obliqui et recti, adiectivi et substantivi, concreti et abstracti distributionem, mirum in modum propositionum inventivarum numerus augebitur. Huius ultimi 38narii si quis 19rium habeat primum, facile ad 38rii complementum 19narium habebit secundum: bonitas enim et bonum similem eumdemque habent inflexionis modum.

De quaestionibus. Cap. 13.

Quaestiones decem ad quas caeteras omnes vult reduci Lullius enumeratae sunt, easdemque novem elementis significatas donavimus. 25r Ipsas ea ratione se regulas appellare dicit Lullius, quia, quemadmodum omnia vocabula quinque declinationum regulis ambiuntur, ita modo suo in istis decem quaestiones omnes includuntur. Ipsae sunt quae omnia lustrant, illuminant et colorant, si omnem quaestionis trutinam considerabile debeat subire. Quarum quidem quattuor naturaliter sunt substantiales: B utrum, C quid, D de quo, E quare: septem accidentales: F quantum, G quale, H quando, I ubi, K quomodo et cum quo.

---

3 *sqq.* trigintoctonarii si quis undevicenarium *etc.* *G* 6 eundemque *G* 10 significatis *G* 13 includantur *G* 15 de- debeat *P* 16 quatuor *G* 17 septē *P*: sex *G* accidē les *P*

IORD. BRV. NOL. 26r 265

DE ARCHITECTVRA ARTIS LVLLIANAE

SECTIO TERTIA

DE EXTENSIONE ET MVLTIPLICATIONE.

De ext. et mult. subiect. Cap. I.

Amplificatione et multiplicatione terminorum adiuvatur ars, quam quidem primo in subiectis novem delineabimus, deinde in caeteris, quae suo ordine sequuntur.

De primo subiecto. B.

Primum subiectum est Deus, in quo contemplationis emensio et | conceptionum multiplicatio primo fit penes 26v
substantiam et essentiam eius et absolutum esse, secundo penes eius relationes, dignitates et proprietates.

Quod ad substantiam attinet, primo considerantur ab ea removenda, i. corpus, compositio materiae et formae, quidditatis et essentiae, seu naturae et subiecti, essentiae et esse, generis et differentiae, subiecti et accidentis, subiecti et subiecti; secundo considerantur per excellentiam tribuenda, simpliciter perfectio, omnium perfectionum

---

1 Jordani Bruni Nolani *G* 5 De extensione et multiplicatione subjectorum *G* 8 sequntur *P* 10 contemplationis *P* 15 id est corpus *G*

eminentissima continentia, simplex bonum, summum bonum, per essentiam bonum, quo omnia sunt bona, unum, infinitum per essentiam et magnitudinem, inmutabile, aeternum, veritas, vita. Quod ad relationes attinet (iis omnibus, quae contra omne ratiocinium, philosophiam, aliam fidem et credulitatem solis Christicolis sunt revelata, et demonstrationem nullam habentia fidem tantum admittunt, quidquid Lullius delirando etiam contra magnorum theologorum sententiam tentarit), veritatem, vitam, amorem, ideam, cognitionem, potentiam, creationem, pro|videntiam, 266 conservationem, [amorem,] iustitiam, mi|sericordiam, bea- 27r tificationem et caetera, quibus ea, quae sunt extra divinam substantiam, respiciuntur. Quae omnia Iudaei Cabalistae ad decem Sephiroth, et nos ad triginta, haud quidem illis addentes sed easdem explicantes, redegimus indumenta. Quod ad dignitates et proprietates spectat, colunt Hebraei nomen, quod divinae substantiae proprius appellant, quod est tetragram. 'Iehova.' Deinde explicatum in quattuor nomina ad eius effectus et proprietates in quattuor triplicis mundi cardinibus; subinde in duodecim pro ternario in cardinum singulis significato in duodecim portis civitatis, ad orientem tribus, ad meridiem tribus, ad occidentem tribus, ad aquilonem tribus; proinde in aliis numeris successive in infinitum, subordinando nunc quidem quaternariis ternaria, nunc vero ternariis duodenaria. Sed hoc ipsi, qui videre volunt, viderint; nobis haec hactenus indicasse sufficit.

---

3 in mutabile *P*: immutabile *G* 4.5 omnibus *PG*: *l.* omissis 6 christolis *P* 7 nulla *P* 9 ⟨contemplari licet⟩ veritatem *G* 11 *abbiamo cancellato* amorem Iustiam *P* 17 proprium *G* 18 tetragrammatum *G* explicatū *P*: explicant *G* 18 *e* 19 quatuor *G* 20 *sqq.* Subinde in 12 pro — singulis. Significato — in 12 portis civitatis ad Oriētē 3. ad Meridiē 3. ad Occid. 3 *etc.* *P*

Omnia quae de Deo dicuntur aut secundum rectum aut secundum obliquum, cum eadem quae Deus praedicata recipiant et pro Deo supponant, immensam tibi suppeditant considerationis materiam; cum primum praedicatum quod est bonum, et ea praedicata quae ad bonum reducuntur, item et | caetera omnia praedicata, cum 27v iis quae ad eadem reducuntur ut species, aequivalentia, partes et modi, de Deo et iis omnibus, quae Deus dicuntur et ad Deum pertinent atque reducuntur, facias praedicari, nec non secundum talem praedicationem tibi considerata contemplentur. Extenditur etiam recipiendo praedicationes (iuxta suum modum) ab omnibus sequentibus subiectis et iis quae pertinent ad illa, quorum omnium est prima causa.

De secundo subiecto. C.

Secundum subiectum est Angelus seu Daemon seu Dii, in quo fit contemplationis emensio et conceptionum multiplicatio, primo penes consideranda de eorum substan- 267 tia, secundo penes eorum potentias seu facultates agendi et operandi.

Quod ad primum attinet, [et] considerantur penes eorum distributionem in genera, quae Babylonicis, Magis, Pythagoricis et Cabalistis et sacerdotibus antiquae legis, Graecorum et Romanorum et aliarum gentium *** sequuntur rerum genera, quibus adsunt atque praesunt formatores, motores et servatores, tanquam in|telligibilis 28r mundi membra, quibus istius sensibilis mundi membra

---

3 immensum *G* 18 multipilcatio *P* 21 et *om. G* 22 Babilonicis *P* 24 *abbiamo indicata una lacuna*: gentium ⟨placuerunt⟩ *G*

correspondeant. Quibusdam vero Christicolis, quorum quidam minus Platonici e Platonica schola prodierunt, tres extant hierarchiae, quarum singulae in tres satis vulgatos distribuuntur ordines, quatenus primo ternario ter trinum adstet, plaudat ministretque ternarium.

Quod ad secundum attinet, a nostris theologis comparantur ad corpora, quibus uniantur, quae adsumant et quibus adsumptis exerceant velut opera vitae, et in quibus definitive locantur. Item considerantur quantum ad eorum intelligendi et appetendi modum, in quibus omnibus extenditur subiectum C per omnia deducendum praedicata. Extenditur quoque praesens subiectum per sequentia, in quibus habet imperium.

De tertio subiecto. D. 28v

Tertium subiectum, quod est Caelum, primo extendit et multiplicat considerationem atque conceptus penes eius naturam et substantiam, de qua multa fingit Aristoteles et vulgaris philosophia; secundo penes eius magnitudinem et partium ipsius molem, numerum et species et nomina, de quibus est cosmographia in genere; tertio penes eius motus, discursus, tempora, successiones et leges in exagitatione partium ipsius, de quibus est theoria quaedam, quam peculiari vocabulo astronomiam appellant, ad quam etiam spectare videntur ea, quae sunt ad eiusdem cognitionem isagogica, partium eius | figurae, ut orbes, sphae- 268
rae, hemisphaeria, quadrantes, climata, zonae, imagines, signa, astra, stellae, nec non partium termini, puncti, cen-

---

3 hyerchiae *P* 9 locentur *corregge G* 12 persequentia *P* 15 coelum *G* 17 Arist. *P* 25 ysagogica *P* 26 emisphaeria *P* climata zonae *P e* 27 termini puncti *PG*

tra, apogia, perigia, verticalia et iis opposita et congenea, circuli, zonae, axes, diametri, anguli, superficies; quarto penes eius potentias et influxus, qui ab erroneis et fixis et eorum coniunctionibus, oppositionibus aliisque aspectibus producuntur, de quibus ea mathematicae | pars, quam astro- 29r
logiam proprie dicunt. Collectio terminorum subiecti praesentis, secundum singulas considerationis species, per caetera principia sigillatim ducta, infinitam nugarum copiam subministrat. Et extenditur praesens subiectum per ea quae sequuntur, in quibus omnibus influit et ad quae quomodocunque se habet. Item per antecedentia subiecta, a quibus est productum atque motum, et quibus ut physicum archetypo respondet.

De quarto subiecto. E.

Quartum subiectum, quod est Homo medium substantiarum, extendit et multiplicat contemplationem et conceptus, primo penes animae essentiam, potentias et operationes, in quibus consideratur tum quantum ad proprium essendi modum, tum etiam quantum ad communionem praedicatorum omnium, proprietatum, partium et specierum rationumque omnium, quae superiora subiecta recipiunt, unde omnia, quae pertinent ad Deum, Angelum et Caelum, modo suo ad Hominem pertinent; secundo penes corporis essentias, potentias et operatio|nes, in quibus con- 29v
sideratur tum quantum ad proprium essendi modum, tum etiam quantum ad communionem, quam habet cum inferioribus subiectis in partibus et proprietatibus, principiis

10. 11 quomodocũque *P*: quomodocumque *G* 23 coelum *G*

inquam et passionibus omnibus. Quae cuncta si discurrant circumferentiam praedicatorum, consider. aeternam materiam suppeditarent.

De quinto subiecto. F. 269

Quintum subiectum, quod est Imaginativum, [quod] inter Hominem et Sensitivum a Lullio collocatur. Inter Hominem enim et alia imperfecta animantium, in quibus Imaginativum non delitescit, cuiusmodi sunt vermes et muscae et concharum nonnullae, sunt in quibus modica et prope nulla apparens est ab hominibus differentia, de quibus cum negetur Intellectivum, conceditur Imaginativum. Quod quidem subiectum imaginatur et in superioribus subiectis et in inferioribus, et extenditur hoc subiectum per superiora tanquam per causas, principia et obiecta, et per inferiora tanquam eius fundamenta, subiecta, item et obiecta. A subiecto isto multiplex ra|tio multiplicis artis memorativae, 30r
quam invenimus, dependet.

De sexto subiecto. G.

Sextum subiectum, quod est Sensitivum, dilatatur per proprias sensus species et differentias, obiecta, media et organa. Item per eius subiecta, quae sunt sensatum, vegetale, elementale et instrumentale. Huic subiecto conducit Caelum, Homo, Imaginativum, quae sunt superiora, ut principia formalia, efficientia et finalia media, subiectum primum ut efficiens primum et finale ultimum. Sensitivum

---

2 considerationi *G* 5 quod (*la seconda volta*) *om. G* 7 animanrium *P* 8 delitescit, cuiusmodi *P*: apparet, — cujusmodi *G, cf. a p. 23, 20* 9 non null. sunt in quibus *P*: nonnullae — sunt, in quibus *G* 11 concaeditur *P* 23 coelum *G* 25 effigiens *P*

ita ditatum, positum in centro circuli, si discurrat circumferentiam terminorum istius artis, innumeras tibi pariet intentiones.

De septimo subiecto. II.

Subiectum septimum, quod est Vegetativum, elementale tanquam eius stipitem et fundamentum complectitur; dispositionem enim elementi sequitur dispositio Vegetativi, sicut huius dispositionem dispositio Sensitivi, illam Imaginati|vi, illam actualiter Intellectivi. Ideo ratio subiecti 30v
superioris includit subiecti inferioris rationem vel ut compositum, vel ut informatum, vel ut participans, vel ut participatum, vel ut | agens, vel ut subiectum quoddam 270
est. Huius subiecti essentia vitalibus innititur potentiis, puta appetitivae, attractivae, retentivae, digestivae, expulsivae et similis productivae. Haec omnia atque singula ad circumferentiam quaestionum et praedicatorum, et quae consequuntur ea, pro rerum copia referantur.

De octavo subiecto. I.

Octavum subiectum, quod est Elementativum, complectitur Instrumentativum naturale, quod omnia lustrat, tangit et penetrat. Et hoc subiectum consideretur penes essentiam et ipsam consequentes facultates et actus. Hoc aliis fingitur quadruplex, aliis duplex, aliis in infinitum multiplex, melius autem intelligentibus simplex. Tale est apud Lullium, qui ipsum appellat Chaos, cuius compositio

---

8. 9 *forse* illam imaginativi illa actualiter 10. 11 vel ut compositum, vel ut informatum *om. G* 12 vel ut subiectum quoddam est *P*: '*quae verba, cum sensu omnino careant, e textu ejecimus*' *annota G* 13 est] *forse* ens? 14. 15 *f.* productivae et sim.? 16 circunferentiā *P*

est ex prima materia eidemque proxima forma. Hoc Chaos
implere sentit spacium, quod est | sub luna diffusum, cuius **31r**
proximae partes sunt 4. elementa pura, quasi rami in
stipite nondum e stipite prodeuntes, unde postea quattuor sensibiles rami, haec scilicet quattuor, quae sensum afficiunt, elementa prodeunt. Horum considerando essentiam, esse, differentias, species, virtutes, actus et circumstantias, de centro circuli praedicationum, non mediocrem habebimus materiam contemplandi.

De nouo subiecto. K.

Nonum subiectum, quod est Instrumentativum, duplex est, naturale videlicet et morale. Primum complectitur novem accidentium genera, ut reliqua omnia entia praeter octo praedicta (quae sunt in genere substantiae) comprehendantur. Instrumentale ergo subiectum sunt quanti-
tas, qualitas, relatio et reliqua, cum suis speciebus, | diffe- **271**
rentiis et propriis et communitatibus, de quibus partim logicus, partim metaphysicus. Quod quidem subiectum, licet omnium sit infimum, habet tamen excellentiam, qua omnia modo suo metiri valet; primum enim etiam subiectum habet
suam magnitudinem, | numerum quem faciat, activitatem, **31v**
passionem quam inferat, locum supra locum, tempus supra tempus, habere supra habere, et caetera, saltem translative sumpta. Secundum amplectitur omnia quae sunt infra latitudinem iuris naturalis, quod est commune omni animantium generi, excludens inanimata; iuris gentium, quod est

---

2 spatium *G* 3. 4. 5 quatuor *G* 7. 8 circunstantias *P* 10 K.] C. *P* 12 Primum] Pr. *P*: Primo *G* 17 et (*innanzi a* propriis) *om. G* 17. 18 pars logica, pars metaphysica *G* 18 methaphisicus *P* 20 etiam *om. G* 21 *forse* complectitur

commune omnibus hominibus, exclusis irrationalibus; iuris civilis ethici, quod omnibus certis statutis viventibus nationibus, exclusis iis qui libidine aguntur et agunt; iuris civilis politici, quod omnibus non barbaris nationibus est commune, singulis tamen iuxta suas conditiones aptatum, exclusis barbaris, qui etiamsi politiam alchymicam iactent, illa tamen carent quae vera est; iuris oeconomici, quod familiis pro sua ratione gubernandis est accommodatum, exclusis ignobilibus, vilibus, cauponis, vectoribus et servis aliis communibus et inertibus sine facultatibus et substantia. Instrumentativum rationale reducitur ad Hominem et Imaginativum, et non est subiectum peculiare huius artis per se. Duplex ergo propositum Instrumentativum, in centro rotae collocatum, fertilissimum reddit considerationis actum.

Hic illud non est silentio praetereundum, quod re- 32r
spectu subiecti superioris, omnia inferiora subiecta ut Instrumentativum se habere possunt. Tu ipse super hoc considerato.

De amplificatione et multip. figurae primae. Cap. II.

Bonitas, magnitudo, duratio et reliqua de omnibus subiectis generaliter, specialiter et particulariter dicuntur affirmative vel negative; formata quoque per triangulos et angulos secundae figurae, et informia.

Bonitas quoque, magnitudo et reliqua in arte ista 272
nec accidentalia sunt, neque substantialia; atqui supra substantiam et accidens constituta de utrisque dicuntur modo suo.

---

2 quod ⟨est commune⟩ omnibus *G* 6 alchimicam *P* 7 œconomici *P* 9 cauponibus *corregge G* 10 aliisque *G* 14] in iu *P* 20 multiplicatione *G*, *c similmente p. 54, 25. 55, 10. 20. 56, 23 etc.*

Ad haec praedicata secundum Lullium omnia absoluta praedicata reducuntur affirmative vel negative, iuxta unum vel alium modum; quae si quis in ordinem digerere velit, ad horum atria ab invicem distincta reducendo digerat. In omnibus autem praedicationibus gradus scalae intellectus in memoriam revo|centur, specialissimi videli- 32v cet, subalterni et generalissimi, tanquam supremi, medii et infimi, qui sunt de altitudine ipsius; item horum differentiae, proprietates et peculiares rationes appropriabiles, essentiam consequentes, quae scalae latitudinem constituunt. Quae quidem nunc quidem simpliciter accipiantur, nunc vero ad invicem et cum aliis complexe, nunc dicendo ‘differentia, principium, contrarium’; nunc dicendo ‘differentia contrarians, differentia principalis, principium concordans’ etc. Imo et cum subiectis ipsis complecti possunt: bonitas divina, angelica, caelestis, humana et infra.

De amplific. et numer. secundae figurae. Cap. III.

Suam amplitudinem figura secunda in sua descriptione et typo patefecit. Unumquodque enim principiorum tribus se differentiis examinandum proponit. Si quippe animae differentia consideranda occurrat, spectanda est quae inter ipsam et sensibile est, inter ipsam et intelligibile, ut in angulo differentiae significatur. Idem de caeteris angulis esto iudicium. | Quae differentia subinde formatur 33r per alios figurae istius angulos, puta maioritatem, minoritatem, principium, medium et finem, una cum speciebus atque modis qui in angulorum scalis indicantur.

---

5 predicationibus *P* 15 immo *G* 16 celestis *PG* 17 De amplificatione et numeratione *G* 21 quae ⟨sit⟩ *G* 22 est *om.* *G* 27 schalis *P*

Formatur quoque differentia per primae figurae absoluta praedicata, sumendo differentiam animae ab aliis secundum bonitatem, magnitudinem, durationem | et reliqua. **273** Similiter de concordantia, maioritate; similiter et de speciebus et modis istorum, cum generibus illis, speciebus et modis eorum. Quae cuncta ni fiant affirmative, fiant negative, secundum omnem negationis modum tentando.

De amplificatione per tertiam figuram. Cap. IV.

Primae atque secundae figurae amplitudinem tertia figura complectitur, et elementa huius figurae significant quod in alphabeto, in subiectis, in duobus praecedentibus figuris et quaestionibus est implicitum et explicitum. In B enim huius figurae significatur Deus primum subiectum, Bonum primum praedicatum absolutum, Differentia primum respectivum, | Iustitia prima virtutum et Avaritia prima vitiorum, Utrum prima quaestionum. Simile **33v** iudicium de CDEFGHIK. Habent ergo singula elementorum istius figurae significata septem, et singula quadratorum quatuordecim complectuntur significata. In primo igitur quadrato, quod est BC, includuntur plura quaesita et problemata contemplanda et intentanda et ad quodcumque trahenda propositum; primo per duos terminos, quorum alter est quaestio, alter est praedicatum absolutum: 'utrum sit bonitas, quid sit bonitas', vel alterum est praedicatum respectivum: 'utrum sit differentia, quid sit differentia', et tangendo angulorum scalas: 'utrum sit differentia inter sensibile et intelligibile, et quid sit et

---

4 ⟨et⟩ majoritate *G* 8 ɪv] iij *P* 15 ⟨item⟩ justitia *G* 19 quatuordecim] 14 *P* 21. 22 quod | cumque, rahenda *P* 26 schalas *P*

quae sit ea differentia’. Secundo per tres terminos, cum dicitur: ‘differentia magna bonitatis, concordantia bona divinitatis’. Tertio per quattuor terminos: ‘utrum sit magna bonitas Dei, quid sit magna bonitas angeli’. Quarto per quinque terminos: ‘utrum sit magna bonitas iustitiae angeli? quid est angelum esse iustum in magna bonitate?’ Quinto per sex terminos: ‘quid est angeli iustitiam esse in magna bonitate concordan|te?’ Sexto per septem terminos: 34r ‘quid est angeli iustitiam non | esse in magna 274 bonitate concordante cum bonitate Dei?’ Septimo per octo terminos vel plures, dicendo: ‘quid angelica iustitia in magna differentia cum bonitate Dei, et concordantia cum bonitate hominis?’ Qui modi, permultas recipiendo inflexiones et praedicandi modos per abstractum et concretum, obliquum et rectum, quos referre longum et taediosum est (licet umquam bene consideranti non possit esse vanum), in innumerum valent multiplicari.

Nec praetermittendum censeo simplicem modum multiplicationis, quem Lullius tertiae figurae evacuationem appellat, in camera BC eius evacuationis modum ostendens; primo 12. propositiones per ordinem constituens BC: ‘bonitas est magna, bonitas est differens, bonitas est concordans, magnitudo est bona, magnitudo est differens, magnitudo est concordans, differentia est bona, differentia est magna, differentia est concordans, concordantia est bona, concordantia est magna, concordantia est differens’; | secundo 24. quaestiones per ordinem deducendo 34v istas propositiones per Utrum et Quid: ‘utrum bonitas est magna, quid est bonitas magna’, et ita de aliis; tertio

---

3 quatuor *G* 15 obliqum *P* tediosum *P* 21 duodecim *G* 21. 22 Bonitas et magna *P* 27 ⟨constituens,⟩ per ordinem *G*

afferendo definitiones terminorum, quae possunt esse media ad argumentum; quarto adferendo ivum, abile et are quae sunt signa potentiae activae, passivae et actionis, quae pariter possunt esse media ad argumentandum (bonitas enim probatur de subiecto per bonificativum esse, bonificabile esse et bonificare); quinto examinando per species quaestionum BC et ipsarum modos.

De amplificatione per quartam figuram. Cap. V.

Quartae figurae amplitudo maxima supra ostensa est in numero revolutionum, domorum, ordinum, camerarum, columnarum, cylindrorum, membrorum, legum, aliarum figurarum amplitudine, nec non subiectorum atque quaestionum.

Ibi est manifestum, quomodo mediorum multiplicatio 275
et inventio fiat in cir|culo mediocri, successive referendo 35r
elementa ipsius ad subiectum et praedicatum significatum per elementa aliorum.

Item multae subiecti rationes atque praedicati possunt esse causa ad inferendum praedicatum de subiecto in conclusione. Quod enim mundus sit aeternus, demonstratur a philosopho per rationes mundi, quae non excludunt aeternitatem, per rationem aeternitatis, quae non abhorret mundi adiacentiam, item ex ratione boni mundi, magnitudinis mundi, item ratione boni aeternitatis, magnitudinis et caeterorum, item per observantiam partium et modum circumstantiarum, quibus omnia multiplicari ostendimus, adeo ut omnia in omnibus cum Anaxagora liceat contemplari; et non inconvenit, immo necessarium est, vir-

1 diffinitiones *P* 2 *l.* argumentandum 28 et non *P*: nec *G*

tute quadam in infinitis (ut in numeris) infinita infinities implicari, quamvis idem quandoque factum iri credere stultum sit.

De amplificatione, multiplicatione et ordine quaestionum. Cap. VI. **35v**

Ratio dilatandarum quaestionum est non contrahendo ipsas ad certum facultatis modum, sed (cum ipsae ad omnia respicere modo suo debeant) iuxta adeo amplissimam acceptionem eas intelligendo, ut ad omnia et singula pro sui exigentia valeant inclinari. Hinc

B. De quaestionis 'Utrum' amplificatione et multiplicatione.

Quaestio 'Utrum' dilatatur et multiplicatur per assertivum, affirmativum, dubitativum et negativum; probabile, apparens, demonstrativum; creditum, ratiocinatum, intellectum. Item refertur ad omnes quaestiones de esse et essentia, et ad eas reducibiles.

Dilatatur 'Utrum' sicut et aliae quaestiones dilatandae proponuntur, sumendo ipsum amplius quam apud theologos sumi consuevit. Quaerit enim philosophus an Deus sit et similia, de quibus quidem nil | prorsus debet dubitare **276**
theolo|gus, ut notat Raymundus in sua Rhetorica. Haec **36r**
enim quaestio 'Utrum' fuit in causa, ut Moses non intraret terram promissionis; punivit enim Deus illum ob eam causam, quia petram percutiendo dixit: 'estne Deus an non?'

C. De amplificatione et mult. quaestionis 'Quid'.

Quaestio 'Quid' dilatatur, ut sit communis demonstrativo et persuasivo. Non solum per propria rei respon-

---

6 ipsas *G*: ipsam *P* 20 *Lull.* (*ed. 1598*) *p. 203* 23 *cf. Num. 20, 12*

det, sed et per periphrases, metaphoricas translativasque definitiones atque descriptiones per universum. Unde quaerenti 'quid est senectus?' respondetur 'portus malorum', 'quid est pulcherrimam habere uxorem?' 'compedes aureas habere', 'quid sol?' 'oculus mundi'. Dilatatur 'Quid' tentando omnem definiendi modum ex nomine, ex re, ex modo concipiendi et ex modo essendi; item per quid est in se et quid est in alio, quid habet in se et quid habet in alio.

⟨D.⟩ De amplificatione et mult. quaestionis 'De quo'.

Quaestio 'De quo' extenditur ad significanda principia 36v
essentialia, originalia, intrinseca, extrinseca, efficientia, materialia, primitiva, habita seu positiva; terminum 'a quo' et alios terminos quos iste supponit, compositionem omnem seu naturalem seu rationalem seu imaginariam complectitur. Possessiva tandem principia secundum comunem acceptionem, ut et quaestio 'cuius sit, ad quem pertineat et cuius intersit', referantur ad quaestionem 'De quo.'

E. De amplificatione et multiplic. quaestionis 'Quare'.

Quaestio 'Quare' per omnes amplificatur causas (licet Ray. Lull. excludat materialem, quae tamen quodammodo sumpta atque considerata habet quid efficientiae ad mutationem et ea quae mutationem consequuntur), quarum
aliae sunt determinatae, aliae in|determinatae in efficiendo, 277

1 ⟨per⟩ metaphoricas *G* 10 D. *om.* *P* 13 Habita *P*: habitativa *G* 14 compositionemque *G* 17 communem *G* 18 referantur *G*: referatur *P* 22 Raym. Lullius *G* 24 consequntur *P*

aliae naturales, aliae voluntariae, aliae per se, aliae per accidens. Hinc 'quare aliquid sit' sumitur primo ex ratione efficientis Dei, fati, quod est significans eiusdem immutabile statutum, fortunae, quae | significat incertam raramque 37r causam circa ea quae per electionem agunt, et casus, cui cuncta composita subesse possunt naturalia. Secundo ex ratione efficientis naturae, sive per principia aequivoca, utpote per naturalia superiora, dum per coelum et astra generat, producit et movet inferna; sive per principia univoca, utpote per naturalia inferiora, dum simile generatur et producitur a simili et eodem in genere vel specie; sive intrinsece per rei formam, quae rationem efficientis interius admittit, quae quidem alio pacto considerata, utpote ut pars rei, materiam ad certam speciem limitans, distinctum ab efficiente causae genus est. Tertio ratione efficientis voluntatis, quae distinguitur in animalem, quae duplex est (rationalis et irrationalis), et naturalem, quae verificatur in materia prima et subiecto composito respectu formae proximae et infimae, item remotae et superioris. Quarto ex ratione finis, qui distinguitur in medium et ultimum, organum et opus, directe intentum et indirecte; qui sex modi intimius consideranti sunt diversi.

F. De amplificatione et multipl. quaestionis 'Quantum'.

Quaestio 'Quantum' extenditur ad significandum geo- 37v metrice et arithmetice, et hactenus indefinitum tertiae istis congeneae mathematicae speciei modum, utpote secundum magnitudinem, multitudinem et momentum, quae sunt

13 quoe *P* 22 sunnt *P* 24 ad ad significandum *P* 24 extenditur *P* 25 tertij *P* 26 congenei *P*

mensura, numerus et pondus; item secundum omnem modum, quo aliquid potest habere rationem, similitudinem et modum mensurati, numerati et ponderati; sive quomodolibet determinatum sit sive indeterminatum, sive finitum sit sive infinitum; idque sive penes essentiam sive penes esse, sive penes | potentiam sive penes posse, respectu **278** cuiuscumque quod est ens, et de quo dici possit esse vel imaginari; quandoquidem omne quod est eiusmodi, habet suum momentum, et (ut proprius, licet etiam barbarius dicam) suam importantiam, quae per 'quantum sit' inquiri consuevit; et haec magnitudo amplior est quam quae virtualis dicitur, cum ipsam substantiae nobilitatem substantialem (ne dicam ipsam substantiam nobilem) metiri velle videatur ipsamque mensuratam adducere.

G. De amplificatione et multiplicatione quaestionis 'Quale'.

Quaestio 'Quale' amplificatur tum per ea quae ad **38r** praedicamentum logice spectant et metaphysice, tum et per rationem longe magis communem, complectentem et propria accidentia, quae naturam rei consequuntur, et differentias et appropriata, quae subsequuntur; omnia item adventitia, quaecunque utcunque rem qualificando atque talificando, talem qualemque denominare possunt.

H. De amplificatione et multiplicatione quaestionis 'Quando'.

Quaestio 'Quando' amplificatur per differentias temporis, quod est species quantitatis continuae, et per differentias, species, proprietates et modos atque communitates

---

4 determinarnm *P* 4.5 sive finitum] sine (*o* fine) finitum *P*
9 ut magis proprie *G* 10 que *P* 17 methaphysice *PG*

categoriae ab aliis novem distinctae, quae proprie 'Quando' dicitur; item per modum superiorem, quam sit categoria, et plus quam transcendentem, quo credentes quaerunt 'quando Deus creavit cum caelo tempus?' et sibi respondent 'in principio'. Quod principium nec tempus est, nec pars temporis, neque terminus, etiam secundum ipsos, nec esse intelligitur in praedicamento 'quando', ne|que ut quip- **38v** piam, quod per caetera evagetur praedicamenta, accipitur. Non est praeteritum, nec futurum, nec praesens, quod sit eorum copulativum, nec connumerari potest cum speciebus illis, cuiusmodi sunt heri, mense praeterito, | anno, **279** olim, iam, aliquando et similibus, ut recte consideranti est manifestum. Superamplificatur haec quaestio H per species quaestionis C D et K; ibi enim est aliquid, ubi sunt eius quidditative et materialiter constituentia, item generaliter formantia et concomitantia.

I. De amplific. et multip. quaestionis 'Ubi'.

Quaestio 'Ubi' dilatatur tum per differentias loci, qui est species quantitatis continuae, tum per differentias, species, modos, propria et communia distinctae ab aliis novem categoriae, quae proprie 'Quando' dicitur, tum tandem per modum superiorem generalissimo, quo de omnibus quaeri potest 'ubi sint.' Deus enim cum neutro duorum primorum modo sit alicubi, nil tamen obest, quominus quaeratur ubi sit, | ubi fuerit, antequam mundus **39r** fieret. Est, inquiunt, et fuit in se ipso, quod idem est ac si dicatur: est et fuit ipse; item ac si dicatur: est ipse; item ac si dicatur: nescio, scit ipse. Qui modus respondendi

---

1. 21 *e* 2 Cathegoriae *e* Cathegoria *P* 3 transcenden ; te *P* 4 coelo *G* 7 praedicamento *e* 9 praeterium *P* 17 De amplificatione et multiplicatione *etc.* *G* 26 fieret *P*: fuerit? *G* 27 *e* 28 idem *G*

est iuxta theologiam negativam, qualis est Dionysii. Cum igitur 'alicubi' dicitur de Deo, intelligitur secundum valde aequivocum (si concedatur aequivocum quid magis atque minus dici) 'ubitatis' modum accipi. Superamplificatur quoque haec quaestio I apud Lullium per species quaestionum C D et K; tunc enim aliquid est, quando est suum principium quidditative constitutivum, tunc item, cum est suum 'cum quo', ut etiam modicum consideranti patet.

K. De amplificatione et multiplicatione quaestionis 'Quomodo'.

Quaestio 'Quomodo' amplificatur per omnes modos, quibus secundum propria vel appropriata res aliquo modo se habere dicitur in se vel in alio, essendo vel operando, per modificare et modificari, penes activam vel passivam facultatem. Haec sane quaestio, sicut ‖ et aliae, om|nia modo 280 39v suo perlustrat. Nil enim impedit nostros theologos, quominus quaerant, quomodo Deus differt ab aliis entibus, immo ab entibus, et quomodo intelligit se ipsum et intelligendo producit. Quas quaestiones subsequuntur aliae, quas nec ipsi intelligunt nec alii, sicut et apud ipsos est confessum. Certum tamen est, quod cum ipsum 'Quomodo' applicatur ad primum subiectum, ad nullam reduci potest praedicamentalem rationem, praeterquam secundum valde remotam (imo dissimilem, si ita me dicere permittunt) similitudinem.

Hinc videre licet, quemadmodum huius facultatis latitudo complectitur amplitudinem logices et metaphysices.

---

1 **Dionisij** *P* 3 aequinocum *la seconda volta P* 17 qnomodo *P* **differat** *G* 18 *e* 19 intelligat *e* producat *G* 19 subseqūtur *P* 24 immo *G* 27 methaphisices *P*

Ipsum enim ‘quomodo, quale, quid’ etc. examinant differentias inter logicalia et metaphysicalia, et decernunt in iis quae supra ens reale et rationis (quod appellant) secundum omnem modum attolluntur. Similiter et ipsa praedicata absoluta, respectiva, item et ratio combinationum, quae per ipsa constituuntur. Quod quidem licet superius fuerit indicatum, ob id tamen, quia quid magnum haec consideratio prae se ferre videtur, iterum atque | iterum, **40r** ubi obtigerit, retentanda censetur.

Quaestio ‘Cum quo’ dilatatur per omnia, quae habent rationem medii, signi, instrumenti, concurrentis et concomitantis, idem facientis, admittentis; et dilatatur per omne in quod transmittat, a quo inmittat, unaque transmittat et una immittat; adeo ut nihil quaestionis huius lucem et colorationem effugiat.

Quemadmodum omnes quaestiones in praedicamentis plus quam praedicamentaliter logice et metaphysice acceptis, includantur, et e contra. Cap. VII.

Archytas Tarentinus et Gorgias Leontinus et alii denario eorum, quae praedicamenta appellantur, proposito, nihilo minora et pauciora proposuere quam | Lullius. Quod **281** quidem hinc te coniicere volo, quod quaestio ‘Utrum’ et quaestio ‘Quid’, quae communiter appellantur ‘si est’ et ‘quid est’, una cum quaestione ‘Propter quid’ (nisi velis et hanc ad duas illas reducere) applicatae decem categoriis latius acceptis, | omnes tibi reddere possunt considerationis **40v** materias, indagando quid est res secundum substantiam,

---

2 methaphisicalia *P* 4 attollitur *P* 13 in mittat *P*: immittat *G* 17 metaphisicè *P* 19 Architas *P* 20 ptaedicamenta *P* 25 cathegoriis *P*

utrum sit secundum talem substantiam vel essentiam, propter quid sit secundum talem substantiam vel essentiam, utrum, quid et propter quid sit secundum quantitatem, qualitatem, relationem et quae sequuntur. Veruntamen profuit Lullii observantia, quia notitia categoriarum, ut ad nos per manus Aristotelis devenit, est admodum confusa, ut ad nullum finem esse videatur. Quod si quis Aristotelis authoritate motus hoc ipsum dictu nefas esse existimet, legat et consideret ea quae conscientia ductus in calce capitis De relatione dixit Aristoteles; et ipsum quod ad eius categoriae propositum dictum est, ad caeterarum etiam categoriarum propositum dictum putet. Ab altera et meliori ratione adducenda abstineo, ne captiumculatorum et sophistarum magisterialem incurramus indignationem.

Multiplicationem et extensionem, quae fit per formas, alias reformabimus, tum per id quod ad numerum, tum per id quod ad species, tum quod ad earum ra|tiones attinet. **41r** Amore enim centenarii complendi Lullius plurimas repetivit, plurimas duplicavit et plurimas, quae ad rem non faciunt, apposuit; quod quomodo sit, aliis relinquo iudicandum. Sed haec de Lullianae sufficientia architecturae sufficiant. Quod Lullius fortasse de formis imaginatus est, omittimus.

Haec sunt quae ad artem Lullii intelligendam, iudicandam et prosequendam sufficiunt iis qui periti sunt in vulgari philosophia. Hic enim integre expressum est quidquid Lullius habet in multis Artibus, in quibus idem sem-

1 utrum sit secundum (secudnū *P*) talem substantiam *om.* *G* 4. 5 Veruntamen *P*: Verumtamen *G* 5 kategoriarum *P* 8 auctoritate *G* 10 *Aristot. Categ. c. 7 p. 8ᵇ 21 sqq.* Arist. *P* 11 cathegoriae *P* 12 cathegoricarum *P* 13. 14 captiunculatorum *G* 22. 23 sufficientiae architectura *P* 24 committimus *P*

per exprimere nititur; habes, inquam, quae sunt in Arte
brevi, in Arte magna et aliis libris, qui | nomine 282
Arboris scientiae, Inventionis, Artis demonstrativae, Mixtionis principiorum, Auditus cabalistici, et si qui alii eiusdem generis extant, in quibus hic pauper semper idem attentabat exprimere.

Et tu, lector, postquam intellexeris ista, necessario Lullium intelliges, et videbis nos multum addidisse, quantum ad facilitatem, ordinis rationem, distinctionem et sufficientiam disciplinae spectat, et aliud quid de memoria, quod non est pars istius disciplinae, sed ad ipsius
retentionem est maxi|me necessarium. Videbis etiam nos 41ᵛ
addidisse quod est de substantia artis usque ad complementum ipsius, quod nec Lullius fecit, nec alium fecisse vidimus. Si quis vero quid amplius apud Lullium et alios (quos videre potuimus) eius interpretes habeatur inquirat, sciat esse rudes tantum et superfluas quas ita dicam exemplificationes. Sed nos noluimus in facilioribus fimbrias dilatare. Exempla qui desiderat, Lullium videat.

---

2 et ⟨in⟩ aliis *G*   3. 4 demonstrariuae *P*   4 mixtonis *G*   4. 5 Cabalisti *P*   12 Videbis *G*: Videtis *P*   16 *dopo* interpretes *chiudono la parentesi PG*   habeatur, inquirat. Sciat *P*: ⟨existimet⟩ haberi, inquirat. Sciat *G*

RAYMVNDI LVLLII 42r 283

DE DEFINITIONE DISPVTATIONIS ET CONDITIONIBVS EIVSDEM.

Quid sit disputatio. Cap. I.

Disputatio est contrarietas spiritualis, quae per verbum manifestat conceptionem, quam habet unus intellectus contra alium.

De conditionibus disputationis. Cap. II.

Conditio prima.

Disputans primo debet habere intentionem cognoscendi et amandi veritatem, et cognoscendi et odiendi falsitatem; et propter hoc verus disputator debet concedere vera cognita, et falsa negare.

Conditio secunda.

Secundo supponatur in principio, | quod utraque pars 42v quaestionis sit possibilis, scilicet affirmativa et negativa, ut intellectus in investigatione sit liber et non ligatus.

---

5. p. 64, 8 = *Lull. (ed. 1598) p. 168*   16 scilicet] s. *P*: sive *G*

Conditio tertia.

Tertio arguens probet vel improbet per aliquam speciem argumentationis, fundando argumentum super aliquam speciem demonstrationis.

Conditio quarta.

Quarto inter disputantes sit communis amicitia, ut infrenetur particularis contrarietas, quam habent circa hoc de quo disputant.

---

7 infraenetur *PG*

PHONASCVS GRANDONIVS POLICASTER 43r 284

I. V. D. ET PHILOS.

DE REGALI, GREGALI ET PVRIBVNDO QVODAM PEDE TENVS ET GRAMMATICOTERON PHILOSOPHANTE

AD PH. I. B. N.

Extrudens tenebris sophiae de corpore lucem,
Ne tenebris pulsis lux redeundo micet,
Grammaticus iactans sophiam, duplicique babillo
Auriculas mulcens, irrita verba boans;
Qui graecum mandens, fastu tumefactus inani
Nil solidi tractat, sed blaterare docet;
Qui si quem norit multo meliora docentem,
Hunc studet inviso carpere dente furens;
Insequitur carpitque tuam, Iordane, Minervam,
Dum das hanc tenebris quae fuit acta nigris.

PRO PHIL. IOR. BR. NOLANO 43v

MERLINVS RODOMONTIVS

PHONASCO GRANDONIO POLICASTRO

I. V. D. ET THEOLOGO CELEBERRIMO

RESPONDET.

Admugiat bruto, stolido plaudatque loquenti,
Quod magis est stolidum congeneumque pecus.

---

2 Juris utrisque (*sic*) et philosophiae Doctor *G* 5 ad PHILOTHEUM JORDANUM BRUNUM NOLANUM *G*, *e similmente a v. 16* 8 babillo (*sic*) *PG* 15 hanc, tenebris *G* 19 Juris utrisque (*sic*) Doctori *G*

ARS REMINISCENDI,

TRIGINTA SIGILLI ET TRIGINTA SIGILLORVM EXPLICATIO,

SIGILLVS SIGILLORVM.

Nel frontespizio introductoria *ediz. originale,* TRADUCTORIA *Gfrörer (p. 517). Nelle note alla seconda 'Explicatio triginta sigillorum' e al 'Sigillus sigillorum' usiamo G = Gfrörer, e P = edizione principe.*

PHILOTHEI

IORDANI BRVNI NOLANI

RECENS ET COMPLETA

ARS REMINISCENDI

ET IN PHANTASTICO CAMPO

EXARANDI

ad plurimas in triginta sigillis inquirendi,
disponendi atque retinendi
implicitas novas rationes
et artes introductoria.

Nota del Gfrörer: 'Quae proxime post superiorem libri titulum in originaria editione, signo loci atque anni destituta, quindecim foliis continentur, eadem plane sunt — nisi quod dialogi forma Boristam inter et Albericum carent — quae sub finem libri de cantu circaeo (a pag. 206 usque 234 hujus editionis) ‹= p. 215-256 Imbriani› leguntur, ideoque sunt omissa a nobis.' Cf. Tocco, Le opere lat. di G. B. p. 63 sq. Noi aggiungiamo la collazione col 'Cantus Circaeus', omettendo gran numero di discrepanze ortografiche e d' interpunzione; nè sarà gran male, se avremo trascurata anche qualche variante di maggiore importanza.

Cant. Circ. ed. Imbr. p. **215,** 2 Borista] De Arte | 4 methodicamque | 7 proficere | 9 adeptione | 12 sumus per diuturnam cogitationem ad cōplēndū, tum ea quae faciunt ad facilitatem | 14 etiam quae ad | 19 facile, illustre | 23 in[**a 2v**]uentiones |

216, 7 apud se, quae etiam paucis | 16 prohemijs |

217, 1 [**a 3r**] | 14-15 om. | 16 Theoriae |

218, 3 medieta[**a 3v**]tem | 5 Hoc notasse ad praesentem minimè spectat | 17 enim veluti quatuor cubilia, non quidem |

219, 4 memorabiles. [**a 4r**] Tum | 7. 9 perficit *dopo* imaginum | 10 Cap. II. § I | 15 ianua, introitus | 20 sollemnius | 22 abhominationem | 23 animalium |

220, 1 vidi[**a 4v**]mus | 4 ad libitum eadem se nobis insinuent. Et ideo | 8 et materia] materia etiam | 9. 10 perdurare: ita quoque in | 14. 15 unde — dicendorum *om.* |

221, 2 Cap. I. § I. | 8. 9 imaginum (modum quo alia ad alia referantur insinuando) adducere. Facile | 10. 11 atque conceptis, ad operationem prodire | 12 *om.* | 14 *marg.* II *e così in seguito* | oc[**a 5r**]currit | 15 insinanda (*sic*) | 22 yle |

222, 2 inhaerentium | 5 fantasiae | 7. 9 in suo genere: quod in suas species eo quod sequitur pacto distribuitur. | 21 domesti[**a 5v**]cam | 27 hae] haec |

223, 4. 6 consequens est conditiones subiectorum per ordinem enumerare. | 16. 17 similia: quae nimirum sunt utroque sese habentia modo, ut potè quae | 23. 24 altitudinem [**a 6r**] eleuatorū |

224, 14. 15 non exprimit] nequiuit | 17 connectamus dum opere | 20 et ad proximentur (*sic*) | 22 alterius principium | 24. 27 quae est in una, principium unius aedificij, quod est in alia parte civitatis apponere. Pariter quid obest quominus |

225, 2. 4 succedere? [a **6v**] Quò ad | 7 visum (*dopo* suo) *om.* | 10. 11 volunt ut tanquam ab igne a pluralitate similium locorum caveatur | 13 intercolumnia | 19 Relationem. Actionem item atque passionem Subiecta | 22 *sqq.* sicuti pagina per advenientem literam, vel si fieri potest (et melius) sicuti cera per novae imaginis impressionem inficitur. |

226, 1. 2 Et hoc — passionem *om.* | 4 Quò ad Ordinem. (omnium sententia) loca | 11. 12 obtutum et intuitum | 15 Similiterque (licet [a **7r**] non ita) | 16 semotae, visum disgregando conturbant. | 17. 227, 16 *om.* |

228, 1 possunt. Haec sunt differentia | 7 sit] fit | 12. 13 caeteráque (*om.* aliis) | 17 pi[a **7v**]leus | 20 peragentibus (*om.* atque facientibus) | 24. 229, 8 cúm quaeras — subiectorum semimathematicorum *om.* |

229, 13 quandoquidem] ut potè quae | 19. 21 duobus (in quorum — succedit) inquiritur. In figuris videlicet |

230, 6. 7 ad dua[a **8r**]litatem | 8. 9 valent *dopo* insinuare | 9 praesentare | 16 agriculturae | 24 modis] rationibus | 24. 25 sive secundum hunc modum, sive secundum alium *om.* | 26 definire |

231, 1 caeterisque | 3 coquinariis] ruralibus | 8 rerum] ipsarum | 10 atque capitum | 12. 24 *om.* |

232, 1 *om.* | 3 [a **8v**] De locis *etc.* | 10 quae non modò capitum | 19 enumerauimus | 21. 234, 1 *om.* |

234, 10 ut potè [b **1r**] pro essentia |

235, 4. 5 allatam | 12 quae sensibus (*om.* in) | 16 et (*dopo* enim) *om.* | 19 imaginibus] marginibus | 21 determinat | 22 for[b **1v**]mas |

236, 12 possunt | 19 sed non secundum totum *om.* |

237, 4 [b **2r**] Formae vero |

238, 7 magnifica] magna | 11 Sutor [b **2v**] acum |

239, 11 pu[b **3r**]tes |

240, 15 Nūquam [b **3v**] enim | 20. 241, 6 *om.* |

242, 3 Aliquando verò] Item | 7 Aliquando] Rursum | 7. 8 principij [b **4r**] dictionis | 10 Aser. Adde tu capitis addictionem et diminutionē, ut à palatio, latio. | 11 Aliquando] Insuper | 13 aliquando *om.* | 14 Quandoque ab antecedente | 16. 17 digestio figuratur. | 18. 22. 26. 29. 243, 1 *invece di* Aliquando *ha* Ultra, Proinde, Praeterea, E converso, Ad haec | 18. 21 concomitante, seu per socium, socii recordamur. Ubi enim aliquid est infigurabile, sicut mors, potest per caedem vel cadauer effigiari. | 23. 25 sicut a fumo ignem, et è conuerso. |

243, 4 Aliquando ex insigni] Ex insigni etiam | 6. 11. 14. 17 Ali-

quando *om.* | 7.8 Tongilianum, [b 4v] ex homine armato (*om. la citaz. di Martial. XII, 88, 2*) | 9 thunica | 12.13 et sic de aliis *om.* | 19.22 in magno — in fine *om.* | 23.24 quemadmodum ex aqua vapor, et ex voce Maro clarescit Roma, sicut in dictione, ita et in re. | 27 Dauid. Ita in re sicut in dictione. Statua quoque capitolina capitolium referet. | 28.31 *om.*; *perciò i* §§ XXI-XXVI *sono invece* XIX-XXIV |

244, 1 Ex proferente, vocabulum | 2 sententiam proferendam | 4 hic *om.* | 6 adcommodare | 7 atque magis *om.* | 11.12 psal[b 5r]mistae | 14 ut ex argento | 31 ⟨XXV.⟩ Similiter |

245, 2.3 licet sit aliud praedicamentum *om.* | 3 ⟨XXVI.⟩ Similiter | 12 [b 5v] XXIX. Ex contrario | 21 247, 16 *om.* |

247, 17 *tit.* De prima parte praxis. Cap. I. § I | Quamvis ex his quae supra allata sunt | 21 superiori- (*sic, in fine di rigo*) addimus |

248, 1 III.] II. | 8 exemplarium | 10 quae[b 6r]libet | 19.20 subinferendo | 21 sit terminus *om.* | 22.23 sive significativus sive non quomodocumque sit, dummodo sit articulatus terminus. |

249, 6 vocunque | 12 inquam | 13.14 Cae[b 6v]sares |

250, 15 Borista. *om.* | Quod ergo ad | 16 nos] vos | 17 nos *om.* | videor | 18 videar | 19 negotium | 22 [b 7r] dictionum | 24 docemini |

251, 1 perdocemini | 3 sumus | 24 multi[b 7v]plicemus | 29.30 rerum capita et intentiones propositas, tum et | 31 tui similes] adultiores |

252, 6.7 alias quas instituimus | 19.25 modica tamen est aliarum respectu, quas inuenimus, atque perfecimus mox (*sic, senza interpunzione*) unam in brevibus contentam explicabo (*om.* tibi — sufficiant) |

253, 1 [b 8r] Iordani etc. | 12 habeant] hebeant | 16 Qui sit |

254. 255, 2 (*fino ad* ut possum) *om.* |

255, 2 *tit.* Aenigmatis interpretatio. Habeas ab inuicem *etc.* | 10 X. [b 8v] Horologium |

256, 3 ita *om.* | 10 promoueri. Finis | 11. 257, 15 *om.* | *segue* Philothei Iordani Brvni Nolani triginta sigillorum explicatio. Omni verborum (*p. 519 Gfrörer*) *etc.* |

PHILOTHEI

IORDANI BRVNI NOLANI

EXPLICATIO TRIGINTA SIGILLORVM

AD OMNIVM SCIENTIARVM

ET ARTIVM INVENTIONEM DISPOSITIONEM

ET MEMORIAM.

Quibus adiectus est Sigillus Sigillorum, ad omnes animi operationes comparandas et earundem rationes habendas maxime conducens. Et non temere ars artium nuncupatur; hic enim facile invenies quidquid per logicam, metaphysicam, cabalam, naturalem magiam, artes magnas atque breves theorice inquiritur.

SIGILLO SIGILLORVM.

a 1v

Procede, magne liber, quem non magnum
Reddit conferta densitas voluminum.
Nusquam contemnens pauperum tuguria
Divertito ad superbas fores principum.
Tu non minister cruentorum numinum
Cunctis sedati fructus gerens animi,
Nulli abigendus, acceptandus omnibus
Praeterquam diris geniis misanthropon,
Incede tutus et in oras Hesperi,
Oppositique in partes perge Bosphori,
Extremosque axis mundi inversi cardines.
Officiosum cunctis, nulli noxium,
Cum sensus lassus abiget ensiferos,
Non te repellet mundus sero sapiens.

---

2 magnū (*sic*) 8 *e* 7 uoluminum *e* sedati *esemplare Guicciardiniano (2. 4^{2}. 65)*: uolumnum *e* sedtati *esempl. Milanese* 9 diis (*ma* diris *corretto a penna nell'esempl. Milanese*) mysantropon 10 Incaedo Hespheri 18. 14 *dopo* noxium *e* ensiferos *abbiamo aggiunta l'interpunzione*

P. IOR. BR. NO. a 2r

ILLVSTRISSIMO

DOMINO MICHAELI A CASTELLO NOVO,

Domino Mawisserio, equiti aurato, inter nobiles domesticos regis uni, quinquaginta equitum gravis armaturae capitaneo, privati consilii consiliario, gubernatori urbis et arcis sancti Desiderii, legato christianissimi regis apud serenissimam Angliae Reginam.

Musarum partus iste non ignobilis, in tua celeberrima aula editus, tibi illustrissime domine sacratur, ut qui mihi debent, Musis debere; qui Musis debent, et tibi earundem perpetuo fautori et protectori devinctos esse cognoscant. Ipsae etenim quibus omne solum patria, ne alicubi haberentur peregrinae seque extraneas esse com|perirent, a 2v per Italum alumnum, in seposita Britannia, Gallicum, ipsumque regium, hospitium repperere. Vale, illumque satis tibi alligatum scias, cui Angliam in Italiam, Londinum in Nolam, totoque orbe seiunctam domum in domesticos lares convertisti.

AD EXCELLENTISSIMVM a 3r

OXONIENSIS ACADEMIAE PROCANCELLARIVM

CLARISSIMOS DOCTORES
ATQVE CELEBERRIMOS MAGISTROS.

Philotheus Iordanus Brunus Nolanus magis laboratae theologiae doctor, purioris et innocuae sapientiae professor, in praecipuis Europae academiis notus, probatus et honorifice exceptus philosophus, nullibi praeterquam apud barbaros et ignobiles peregrinus, dormitantium animorum excubitor, praesumtuosae et recalcitrantis ignorantiae domitor, qui in actibus universis generalem philanthropiam protestatur, qui non magis Italum quam Britannum, marem quam feminam, mitratum quam coronatum, togatum quam armatum, cucullatum hominem quam sine cuculla virum, sed illum cuius pacatior, | civilior, fidelior et utilior a 3v est conversatio diligit, qui non ad perunctum caput, signatum frontem, ablutas manus et circumcisum penem, sed (ubi veri hominis faciem licet intueri) ad animum ingeniique culturam maxime respicit, quem stultitiae propagatores et hypocritumculi detestantur, quem probi et stu-

---

2 achademiae 5 elaboratae *corregge a penna non sappiamo chi nell' esemplare milanese, che adoperiamo, e nel Guicciardiniano* 7 achademijs 10 Præsū | tuosæ 11 philantropiam

diosi diligunt, et cui nobiliora plaudunt ingenia, excellentissimo clarissimoque Oxoniensis academiae procancellario, una cum praecipuis eiusdem universitatis, salutem plurimam dicit.

Extant, praestantissimi domini, qui cum satis perspectum habeant, quod et nos non negamus, sapientiam huius mundi stultitiam esse apud Deum, speculativas omnes disciplinas abhorrentes, nihil student. Cum satis receptum sit apud eosdem opera iustitiae nostrae esse veluti menstruata, et per illa neminem coram Deo iustificari, nihil boni faciunt. Interea tamen ne improbi et ignorantes habeantur, repente sine studio docti efficiuntur, iuxta illud 'Abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.' Item sine propriis bonis acti|bus probi red- **a 4r** duntur, iuxta illud 'Tu es iustitia mea, o Domine.' Facinorissimi quoque in sanctos, mundos atque puros transformantur, iuxta illud 'Candidi facti sunt in sanguine agni.' Stulti tandem, ignobilissimi et infames nullum sibi praeferunt nobilitatis genus, iuxta illud 'Vos estis genus Dei electum et regale sacerdotium.' Tales sane parvulos, iustos, puros, candidos, electos, reges, sacerdotes et semideos, qui nostram simplicitatem ad animi centrum usque confodere valerent, magis ipsa morte formido; ideo ne eiuscemodi genus aliquo in me aequo et iure congrediatur, illud coram excellentia vestra protestor, quod dum adinventionum nostrarum fructus adferentes, utillimas omnibus animi functionibus praeceptiones adducimus, ubi pro earundem ratione atque praxi comparanda ad Pythagorae, Parmenidis, Anaxa-

---

2 achademiae 5 prestantissimi 11 Interæ 19 iuxa 26 utillimas] *cf. per es. p. 34, 21 etc.*

gorae meliorumque philosophorum sententias probandas vel ad proprias novasque positiones adducendas dilabi videbimur, si haec comuni probataeque fidei obstare videantur, ea ipsa a nobis non tanquam absolute vera, sed ut sensui nostraeque rationi magis consona, vel saltem mi|nus a 4v
altera contradictionis parte absona, prolata intelligant. Illudque in memoriam revocent, nos haud tantum de propria scientia praesumere, quantum commotos esse ab amore manifestandae imbecillitatis vulgatae philosophiae absolute credita tamquam demonstrative probata obtrudentis, et per discussiones nostras (si illud a Diis dabitur) appareat, quantum regulato sensui respondeant, veritatique substantiae rerum consonent, quae a plebeiorum philosophorum garriente multitudine tamquam a sensu aliena sunt improbata. Interim nolim ut quemadmodum tempore diluvii asinorum stercora malis aureis dixerunt ‘Nos quoque poma natamus’, ita nunc cuilibet stulto et asino liceat in nostras positiones hic vel alibi, hoc vel alio modo prolatas obrudere; sed si qui eius sunt tituli, dignitatis vel sufficientiae, ut nostro congressu aliqua ratione non habeantur indigni, et quibus sine conditionis nostrae dedecore respondere possimus, hominem promptissimum et paratissimum, per quem pondus virium suarum valeant experiri, comperient. Valete.

PHILOTHEI 1r

IORDANI BRVNI NOLANI

TRIGINTA SIGILLI.

Habes, illustrissime et excellentissime Domine, Sigillorum 30. congeriem, quibus ad trutinam redactis inquisitio, inventio et retentio affabre succedere valeant.

DE CAMPO,

qui primus est Sigillus.

Campus est primus sigillus. Hic ex illis speciebus confletur oportet, quarum simulacra in phantasticae facultatis amplissimo sinu ideo continentur, ut iacta intentionum et phantasiabilium universorum semina in exoptatam messem promoveant. Hunc etiam, quo nobis maxime subsit officiosus, in eas distributum esse voluimus partes, quae sensibiles, mediocris dimensionis, non excellentis nec diminutae perspicuitatis, diversae, differentes, ordinatae, congruentibus sepositae seiunctaeque intervallis, ad humanorum brachiorum elevatorum altitudinem et extentorum amplitudinem, adiectivatae animataeve, exquisitarum

8 Sygillus 10 quatrum simulachra in phantasicae 12 phantassiabilium 15. 16 *l.* deminutae 18. 19 extenctorum

fer marum numero adcommodatae. iterum iterumque lu- 1r
stratae existant. Non vulgari tibi praesto erit emolumento.
si affabre ipsum divisionum portionibus distributum con-
cipias. Sic Thalmutista Solymam in quattuor latera orien-
tis. aquilonis. austri et occidentis divisam. primo eiusdem
laterum singula ad duodenarium multiplicanda numerum.
in tres patriarcharum nominibus insignitas portas subdi-
vidit. moxque in atria duodecim. quorum singula domorum
duodenarium complectuntur. quarum singulae quattuor
constant ordinibus. quorum quique duodecim ad summum
referunt cubilia. quae tandem vel quattuor angulos. vel
etiam in quattuor mediantibus lateribus intersituata reci-
piant. certo ingressum facit ordine.

DE CAELO.

qui secundus est Sigillus.

Quo caeli imaginum series insculpatur et ordo. sphaera
primum in quattuor circumferentiales angulos rectos duo-
bus se circulis magnis intersecantibus divisa. totidem
distinctas aequales offeret portiones. quarum quaeque per-
quisiti. inventi atque retinendi locum situmque ponit ob
oculos. Quod si quadrantum singulos in geminas libeat sub-
secare partes. omni procul dubio divisionis multiplicato
opere fiet ut minus in proposito principaliore gravere.
Ipsa quidem tribus magnis circulis se ad angulos rectos
inter secantibus delineata occurrens. octo circumferentia- 2r
lium triangulorum spacia suppeditabit aequalia. in quibus
tu postea quid ad cuiusque basim. quid ad conum. quid ad
laterum quaeque positum sit. per dextri. sinistri. superni
infernique differentias contemplabere.

---

2 praesto

DE CATENA,

ubi tertius est Sigillus.

Ordinate quaerenti per patrem ordinem proles inventio inventique retentio suppeditatur. Ne qua vero partes dissolutione desiliant, et quo ex unius adeptione alterius proxime consequentis adeptio prodeat, ita in se sė complectentes cyclos commigrabunt, ut antecedentis in cauda caput explicetur consequentis. Sit id, ut fieri potest, in elementorum consequentia manifestum: AB. BC. · CD. DE. EF. FG. GH. HI. IK. KL.

DE ARBORE,

ubi quartus est Sigillus.

Si ea ratione simplices conceptus aggregaris, ut in ramos, ramusculos, frondes, flores fructusque repullulent, nihil prorsus interesse videtur, si uti catenam, sive uti arboris stipitem concepe|ris. Eius progressum et usum 2v coordinata, ut vides, insinuent elementa.

L
l K l
l k I k l
l k i H i k l
l k i h G h i k l
l k i h g F g h i k l
l k i h g f E f g h i k l
l k i h g f e D e f g h i k l
l k i h g f e d C d e f g h i k l

B
A

---

1 CATHENA 8 *l.* prolis? 7 ciclos 15 cathenam

DE SYLVA

[illegible]

Coeunt plurimae arbores in sylvam, porro haec connexionem quidem partium retinet homogeneam vero univocamque illarum seriem, et transplantatae in propriis specierum distinctarum ordines digeruntur, non admittit: ac. ad. ag. [illegible] Deinde in alia plaga alter: bf. [illegible] Et deinceps similiter in diversis aliisque plagis diversimode et alter catena in arborem et arbore in silvam commigrantibus ordinabuntur.

DE SCALA SEV GRADIBVS. 3r

[illegible]

Scala haud alia quam praesenti elementari gradatione hactenus inspecta sit.

AB.	bc.	cd.	de.	ef.	fg.	gh.	hi.	ik.	kl.
AC.	cd.	de.	ef.	fg.	gh.	hi.	ik.	kl.	
AD.	de.	ef.	fg.	gh.	hi.	ik.	kl.		
AE.	ef.	fg.	gh.	hi.	ik.	kl.			
AF.	fg.	gh.	hi.	ik.	kl.				
AG.	gh.	hi.	ik.	kl.					
AH.	hi.	ik.	kl.						
AI.	ik.	kl.							
AK.	kl.								
AL.									

---

3 catena   11 arbore] arbor   11 e 13 scala   12 Sygillus
13 praesenti   14 inspectatur

DE INSERENTE,

ubi septimus est Sigillus.

Ut modo in hunc, modo in illum intendentes ordinem, hic arbori per catenam, vel catenae per arborem, per campum, perque haec caeteraque caeteris, omniaque omnibus adcurramus, rationabilis multiplexque causa nimirum efficiet. Innumerabilibus siquidem modis dum haec illis, aliaque aliis succedunt, inque certam disponuntur speciem atque continuantur, per plures universosve sigillos tua te solertia poteris ad concupita captanda promovere.

DE AGRICOLA, 3v

ubi octavus est Sigillus.

Certus agricola si campum cuius est dominus non destituat, vix unquam tua te fallet expectatio. Animam ratiocinantis perpetuo unitam proprio subiecto, pro diversarum formarum adventantium occasione diversimode se gerentem, adque specierum quarumcumque productionem convertibilem, longeque vivacius quam alibi institutum adiectivum subiectum rerum nobis subministrantem occursum, agricolam appello.

DE TABVLA,

ubi nonus est Sigillus.

Per ordinatum elementorum combinatorium tabula perfici etiam aliis consueverat, dum ab abstracto ad accusatorem, ad adversarium, ad aëreum, ad afflictum, ad

---

4 cathenam, vel cathenae

[illegible]

[illegible]

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

DE COMPAGINATORE

in I. Sigillo

[illegible]

DE VEXILLO

in II. Sigillo

[illegible]

[illegible]

DE ZEVXI SEV PICTORE,

ubi XII. Sigillus.

Suis cum insigniis atque circumstantiis astrictas imagines in subiecti partibus plurimis, in quibus | quippiam 4v inscribere possit ratiocinantis animus, apposui. Sic mihi Teucri Babylonici imagines centum trium millium propositorum suppeditant lectionem.

DE PHIDIA SEV SCVLPTORE,

ubi XIII. Sigillus.

In proprias sedes subiectum commune atque totale distinxi, quae quidem easdem in sua domo perpetuo immorantes imagines quasdam retineant, quo diversorum peregrinantium attactu diversimode sonent. Ibi forma subiecto adveniens penes locales situalesque differentias, nec non per varias partes et secundum varias habitudines considerato, consistentia per subsistentia quinque multiplicare faciet elementa; vel si subsistentis ibi perstare libeat elementi notam, fiet ut elementum quintuplex per caeterorum elementorum signa formationem concupitam recipiat.

DE DAEDALO,

vel XIV. Sigillus.

Quod Phidias in verbis praestitit, in intentionibus perque intentiones notatis rebus Daedalus exerceat. Organa igitur utensiliaque plurima institui, quibus, in quibus, per

---

3 insigniis] *sic*; *cf. per es. De lamp. Venat. p. 6, 26. Cant. Circ. p. 256, 4 Imbr., e più giù p. 95, 26. 106, 1* 6 Babilonici 8 PHYDIA 20 DEDALO 22 Phydias prestitit 23 Dedalus

quae, ad quae et circa quae, vel per catenam, vel per arborem, vel per campum, vel per aliud quippiam ordinibus occurrentia certis, de instrumentorum centenario 5r
operum eliciat centenarium, et de eorum numero caeterorum quorumlibet numerum consequenter.

DE PROPAGATORE SEV PERSONARIO.

XV. Sigillus.

Inspexi atria quinque, de quorum primo prodibat homo, qui in secundo de capiti adaptabilibus unúm eligebat de pluribus, in tertio de indumentis corporis unum, in quarto determinatam sibi perscribebat operationem, in quinto certum de pluribus casum perpetiebatur, in sexto quemdam de multis adsistentibus hominem determinabat, in septimo puerum, foeminam vel brutum ad opus quoquo pacto concurrens sortiebatur; quae quidem omnia, vel simpliciter vel Phidiae operibus complexe capta, ad quantumlibet multipartitas atque varias referendas complexiones (et si libeat quandoque conceptus) conferunt.

DE NVMERATORE,

qui est XVI. Sigillus.

Inter omnia, quid melius numero suppeditabit omnia? Non modo ex ipso, sed et ipse est intelligendi modus; ipse omnia includit proportionabilia; ipsum in omnibus et in ipso omnia licet contemplari; hic substantia quaedam rerumque pri|mum exemplar est Pythagorae; hic in praesen- 5v
tiarum non ordinem conceptandorum retinendorumque modo, sed et (si phantasiabilis effingatur) ipsas retentas atque

---

1 cathonam 15 cucurrens 16 Phydiae 16. 17 quamtumlibet
25. 26 in presentiarum

numeratas obiectare valebit ordinatorum formas. Adsumat igitur diversam pro decadum diversitate materiam, ut primam decadem det linum, secundam lana, tertiam corium, quartam lignum, quintam lapis, sextam crystallus, septimam ferrum, octavam aes, nonam argentum, decimam aurum. Adsumat etiam differentes (pro diversorum digitorum in decadibus diversitate) formas, ut columna unitatem, porticus dualitatem, tripes trinitatem, arca quaternitatem, sedes quinarium, mensa senarium, altare septenarium, lectus octonarium, patibulum novenarium, arbor denarium adferat. Aliis pariter pluribusque materiis atque formis, eodem similique pacto diversificatis, in innumerum numerata tibi extendere poteris subiecta.

	Lineus	3.	Crystallinus	53.
	Laneus	13.	Ferreus	63.
TRIPES	Coriaceus	23.	Aeneus	73.
	Ligneus	33.	Argenteus	83.
	Lapideus	43.	Aureus	93.

DE CENTVRIONE, 6r

qui XVII. est Sigillus.

Nolani primam, Parthenopaei secundam, tertiam Capuani, Salernitani quartam mihi centuriam conflavere; dum in primam de singulis centuriis decadem perceptos amicos, in secundam imaginatos verosve fratres, in tertiam consiliarios, in quartam servos, in quintam pueros, in sextam gubernatores, in septimam doctores, in octavam concionatores, in nonam adversarios, in decimam condiscipulos convenire conciperem. Huiuscemodi mihi rerum significan-

4 Christallus 14 Christallinus 21 Partenopæi

darum subiecta, nunc quidem hic, nunc vero ibi, nunc haec, nunc vero illae, dispositione, motu, actu, habitu atque circumstantiis informata (eorum me nullatenus ordine praetereunte) pro exigentia dilatandi, amplificandi, distribuendi multiplicandique propositi venere in usum.

DE QVADRATO ENCYCLIO.

XVIII. Sigillus.

Quandoque dum ad latera quattuor stellarum primae magnitudinis, aliis secundae magnitudinis quattuor appositis, eâdem forma tertiae magnitudinis quattuor accessissent, quaternarium mihi primo migrabat in duodenarium, secundo duodenarium in 48narium extendabatur, tertio 48narium in 192narium amplificatum universae descriptioni deservisset, ulteriora pari adtentassem serie.

				a									a					6v
			c	A	d							c	A	d				
				b									b					
	a						a			a						a		
c	C	d		A		c	D	d	c	C	d		B		c	D	d	
	b						b			b						b		
				a									a					
			c	B	d							c	B	d				
				b									b					
				a									a					
			c	A	d							c	A	d				
	b									b								
	a						a			a						a		
c	C	d		C		c	D	d	c	C	d		D		c	D	d	
				b			b						b			b		
				a									a					
			c	B	d							c	B	d				
				b									b					

6 Enciclio 13 48narium] ni (*cioè* in) 48.narium

DE BINARII CIRCVLARI ENCYCLIO.

XIX. Sigillus.

Habet A circa se B et C, B habet D E, C habet E F, D habet G H, E habet I K, F habet L M, G habet N O, H habet P Q, I habet R S, K habet T V, L habet X Z, M habet a b, N habet c d, O habet e f, P habet g h, Q habet i k, R habet l m, S habet n o, T habet p q, V habet r s, X habet t v, Z habet x z.

DE COMPOSITO ET ELEMENTO. 7r

XX. Sigillus.

Epigramma vel ode denarium mihi numeratum referebat. Ipsa in proprias distincta partes, primo sectionum libros, mox librorum capita, capitum subinde portiones insinuabant, dum universa generalisque materia ratiocinativos discursus, iique suas mihi promerent propositiones atque sententias, a quibus quid impedisset quominus ad incomplexos terminos fieret adcessio? ODI itaque primi, PROFANVM secundi, VULGVS tertii, ET ARCEO quarti, in tertia ipsa divisione, capitis intentionem patefaciebat, quibus sane intentionum signis cum elementorum vel primarum ex iisdem compositionum significata accommodarentur, facillimus ingenio ad ipsarum intentionum partes patuit aditus. Odii expresso indicio operarius per O significatus odisset, odissetque per D significatus didascalus, et per I

1 enciclio 14. 15 raciotinatiuos

notatus iracundus, vel unus alius de notatis iracundis, quorum modo hunc, modo alium (pro iisdem in eadem prima vel secunda vel tertia combinatione importunius repetitis elementis) in usum revocabam.

Solertem hic me reddidit quandoque urgens necessitas, ut vel elementa in composita migrare atque extendi, vel haec in illa perstringi contrahique permitterem. Sic enim membrana propositae minus sufficiens scripturae aliam sibi conne|cti requirit, vel se nimium capacem angustari 7v
decurtarique magis.

Formarum multiplicationem ita mihi quandoque comparabam, utpote cum semel mihi elementum vel combinatum per hominem mihi propositum significarit, mox vel per eundem aliter aliterque insignitum, vel melius per operantem eiusdem nomenclaturae alium, aut foeminam aut brutum aut inanimatum quippiam (quod ad idem vel idem elementum figurandum significandumque fuerat ordinatum) ipsum subinde consequens aucupabar.

Hic iam cum res rebus connecterentur, ne quasi in confusam corporis massam membra coalescerent, capita quaeque numeris illustrando, insigniendo, veluti inter cohortes, quae non suum modo, sed et suorum ordinem efficacius referrent, prominentiora constitui.

DE ROTA FIGVLI.

XXI. Sigillus.

Duarum praeceptionum connexione quam optime succedens artificium adipisceris. Si inquam pro centum vel

---

1 e 2 iracundis (quorum e modo alium pro iisdem 26 preceptionum

mille patribus seu capitibus, cum suis natis, corporibus atque membris distinguendis, centum animata subiecta aliqua de praedictis serie in ordinem digesta praeappararis, in quibus de quo ratio est habenda prosequutum negotium intelligatur. Haec vel numeratoris numeros aut alterius cuiusque ordines percurrentia, capita in mem|bra, 8r
membraque in proprios distribuent articulos. Quid enim? Nonne si de centum hominibus successive singuli centum diversificata lustraverint cubilia, decies tibi mille substernent intentiones, quas si duplicare cupias sola totidem cubilium additione, vel hominum multiplicatione perficies? Nonne et in ipsis, sicuti materiae materiis subordinantur, ita et hominibus homines tamquam servos vel amicos vel successores, vel similibus relationibus domos domibus, atriaque atriis subiicere valebis? Numquid non et haec ultima percepta, ut variis ordine quodam subiecta casibus, materiam tibi longe uberiorem et ad inquirendum et ad inveniendum et ad retinendum suppeditabunt?

DE FONTE ET SPECVLO.

XXII. Sigillus.

Non dabitur omnibus istam adire Corinthum. Unicam in unico scientiam subiecto contemplabar. Eius enim quot fuerant praecipuae partes, totidem praecipuae ordinabantur formae, quotque secundariae partium portiones, totidem primariis secundariae formae adnectebantur. Ad instar igitur artis, quae Cabalisticus auditus intitulatur, non

2. 3 subiecta, aliqua   3 preappararis   6 percurrentiae   21 *cf. interpr. ad Hor. Epist. 1, 17, 36*   23 precipuae partes

subiectorum, praedicatum utriusque generis et quaestionum modo, sed et actionum et passionum, organorum, comitum, principum et servorum certum mihi numerum comparabam. Haecque erant per quae successive scientiarum et aliarum facultatum particularia subiecta, tanquam per eadem afficienda deducebam. | Horum quidem signa per cer- 8v ta, determinata inque ordinem digesta loca dum praesentarentur, eorum significata pro nostro libito, eorumque ratione meliore, ad alia atque alia conceptacula referebantur. Quod si propositis in quibusdam materiae amplitudo subiectique capacitas simplices formarum vicarias absorbuisset, nos illas invicem commixtas, combinatas ad subiecti expletionem repletionemque in innumerum etiam deduxissemus.

DE EMPIRICO.

XXIII. Sigillus.

Ad varias domos varios referebam laborantes, eas inquam domos, in quibus horti, horrea, apothecae, hypocausta, coquinae, in quibus olera, fruges, condimenta, balnea, cibi praeparabantur atque potus. Hic etiam in angustiore pro rei exigentia spatio cuique necessaria et ad quemque conferentia promptius occurrebant. Haud tamen pro numeri mensuraeque cuiusque ratione minime dissimulanda, solertia studiosa non providente. Ibi vero seorsum ab aedibus extabat atrium, ubi malesuada fames et turpis egestas, luctus et ultrices posuere cubilia curae, quae quidem omnia ideo per hortos et pomeria physicorum, magorum

18 apotecae, ypocausta 20 preparabātur 25 *sq. Vergil. Aen. 6, 274 sqq.; cf. Lampas triginta Stat. p. 21, 22*

circuitus et Daedaleas manuducebantur officinas, ut iisdem
proficua atque convenientia evellerent, decerperent, lege-
rent, caperent atque compararent. | Sic enim talibus freti 9r
muneribus, qui ripae ulterioris tenebantur amore, tristes
Stygis undas transvadantes, in fortunatos incolumitatis
campos appellebant.

DE ALEA.

XXIV. Sigillus.

Siquidem aleae nullus apud empiricum, fontem, spe-
culum, figulum caeteraque, nec in campo, nec in caelo,
nec in encycliis caeterisque locus vacat, machinati sumus
haec ulteriora, quae talibus valde videntur adcommodata,
quae nedum moram repetendarum sedium non patiuntur,
sed et in ordine proiicientium incerta, indefinita incon-
stantiaque existunt. Ita igitur principio providebam, ut
proiectorem Pontificis, Mortis, Lemuris, Daemonis, Fortu-
nae, mitratus ungeret, falcigera feriret, corniger pulsaret,
tibicen obtunderet, rota premeret; quae omnia aliis mu-
nita functionibus in sequentibus concursibus in proiectores
afficerentur. Deinde diversa diversis destinabantur conflic-
tibus triclinia, quorum singula quattuor animata continen-
tia subiecta, ex eorundem accidentibus quattuor colluden-
tum proiectiones adsignificarent, dum suis vicibus hic rex
sceptrum collocat, senex cubat, mors emetit, regina com-
primitur. Ibi vero et alibi regina, mors, senex, rex atque
caeteri similiter adventant atque aliter. Nescio | an minori 9v
effectum fuerit sagacitate, ut decem vel plurium conflic-

---

1 Dedalcas 11 enciclijs 26 an | an minori

tuum ordine Mors primo decalvans, 2. obcaecans, 3. edentans, 4. suffocans, 5. iugulans, 6. confodiens, 7. eviscerans, 8. castrans, 9. manus amputans, 10. prosternens inducatur; Fortuna primo coronet, 2. clarificet, 3. propinet, 4. intorqueat, 5. inauret, 6. palliet, 7. infarciat, 8. connubat, 9. annulet, 10. insoliet; caeterique simili propria compleant ordine denaria.

DE CAELO,

qui XXV est Sigillus.

Erat mundanae aeternitatis figura, circumgyrantis terrae typus, duorum sibi ultro citroque obsistentium principiorum nota, caeteraeque complexarum intentionum quamplurimae delineationes atque descriptiones. Harum cum singulas inspexissem, in campum vel centurionem vel aliud quippiam, in quo adversantum collimantium iaculis minime deperdendis obiicerentur, referebam. Adversus ergo terrae vertiginem erat quod 'Oceanum interea surgens aurora reliquit'; pugnabat contra animae inmortalitatem, quod 'Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.' Ibi Oceanum magnitudinis, Interea naturalis facultatis, Surgens lunaris symboli, Aurora veligerae remitaeque ratis, Reliquit indigentiae medium referebant; hic Formosum instabilem continuoque variabilem concipiebam, Pastor se mihi dissolubilem obiectabat, Coridon corpo- 10r
reo mancipatus aderat specimini, quod Ardebat contrariorum exprimebat concursum, Alexin passiva materia-

---

10 circumgirantis   15 collimantium] *cf. Mordent. p. 227, 14? ma vedi p. 95, 7*   17 *Verg. Aen. 4, 129. 11, 1*   18 in mortalitatem   19 *Verg. Ecl. 2, 1*   Coridon *qui ed in seguito*   21 veligere   remitaeque] *sic*

lisque potentia obtinebat. Quandoque vero ubi iaculator idem in plures diversasque veritatis turres argumentorum tela intorqueret, iuvabat non in oppugnandorum castrorum, sed impetentium arietum et volitantium iaculorum ordinem respicere. Curabam ut in eodem campo ordinate sui ictus suos sequerentur nunc in istud, nunc vero in illud collineantes iaculatores. Hinc mundum aeternum referebat quod Oceanum quattuor autem adventantium telorum, primum quod Interea, secundum quod Surgens, tertium quod Aurora, quartum quod Reliquit. Iacula in animae immortalitatem caput metri succedentis consequebantur.

DE CIRCAEIS CAMPIS, HORTIS ET ANTRIS.

XXVI. Sigillus.

Facile visa species cum figura formaque, quae circa est, sensus interioris occurrit facultati, facillime vel possumus locum certis destinare speciebus, vel certas locis species ita addicere, ut cum fuerit opus, qualitatis eiusdem ratio, de eiusdem ad determinatum locum relatione, designata prodeat. Hinc evenit, ut sensibilibus speciebus effigiatos numeros, omnibusque locis iuxta specierum pluralitatem pluribus adscriptos experimur ab opere graviore maxime naturalem relevare facultatem. | Ut si in Rota, **10ᵛ**
quam Fortunae appellant, Itali ad denarium, Galli ad vigenarium, Hispani ad trigenarium numerum referantur, quorum particulares certis insigniis actibusve decadum

---

6 scquerentur 7. 8 *sic* 18 CIRCEIS 17 certis] eertis

partes insinuent, etiam si non ut subsequens regulata multiplicatione quattuor numerorum constet differentiis. Circaea etenim manus, e regionibus variis varias simplicium decerpit, evellit colligitque species.

	A. E. I. N. R. X.	
1. 5. 9. 13. 17. 21. 25. 29.		2. 6. 10. 14. 18. 22. 26. 30.
Q. M. H. D. V.		B. F. K. O. S. Z.
4. 8. 12. 16. 20. 24. 28.		3. 7. 11. 15. 19. 23. 27.
	C. G. L. P. T.	

DE PEREGRINO, 11r

qui XXVII. Sigillus.

Decem communia subiecta potenti varietate formata quandoque institui, quorum singula 24 vel plura vel pauciora partialia complecterentur, ut haec ipsa primus perlustrans peregrinus ita occurrentibus utensilibus se gereret et afficeretur, ut me ad alicuius primi ordinis vel contem-

plationem vel inquisitionem vel habitum promoveret. Pariter secundi secundus, tertii tertius, et ita deinceps caeterorum caeteri, quibus ad universa opera manus admoventibus non est adeo prolixum variumque propositum, quod vel intentionum catena vel circumstantiarum appositione vel socio seu vicario succedente non attingant, exaequent vel exuperent. Hinc Aristoteles aliter in subiecta affectus quam Plato fuerit, alia vel per se vel per comitem enunciabit. Secus item Physicus, secus Logicus, secus Metaphysicus aderit. Quod si capitum significativa partialia subiecta in proprias libeat resolvere portiones, hominem taliter affectum vel agentem ad aliud subordinatarum mansionum commune subiectum referas, in quo significativas impleat functiones. Si vero et partium exigas particulas, domum domo, campum campo, theatrum theatro subordina, uti Iuris periti libri in titulos, tituli in leges, leges in §§ resolvuntur.

Peregrinatur Aristoteles per atrium primum. **11v**

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K.

A. Ipsum deducitur per atrium secundum.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k.

a. ipsum commigrat per atrium tertium.

I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X.

I. discurrit per atrium quartum.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

---

2 secnndus   5 cathena   16 *forse* Iuris peritis?

DE CLAVSTRO CABALISTICO ET TEMPLO.

XXVIII. Sigillus.

Habes duo et viginti claustra atque templa, vice duorum et viginti elementorum. quorum singula 22 sedibus, quas recipiunt, totidem eademque dabunt eodem ordine, quae dabant elementa: a quibus, si ad 22 artes et artium singularum 22 gestus procedatur, trium quattuorve radicalium vires delitescent.

A claustrum Regis.
B claustrum principis.
C claustrum ducis.
D claustrum comitis.
E claustrum praesidis.
F claustrum iudicis.
G claustrum consiliarii.
H claustrum senioris.
I claustrum actoris.
K claustrum secretarii
L claustrum satellitis.

M templum Pontificis. **12r**
N templum sacerdotis.
O templum prophetae.
P templum doctoris.
Q templum lectoris.
R templum cantoris.
S templum sacristae.
T templum lampadarii.
V templum corbonarii.
X templum ostiarii.
Z templum custodis.

In claustro regis A sunt 21 reges, quorum B degradatur in principem, C in ducem, D in comitem, caeteri similiter in caeteros. In ipso degunt aurifices uno actionis genere, et 21 specialibus operibus. In claustro principis B sunt 21 principes, quorum A exaltatur in regem, C exaltatur in ducem, D degradatur in comitem, E in praesidem,

---

5 delitesceut (*sic*). *Del resto per l' uso di questo verbo cf. a p. 23, 20*
11 prophætæ 15 clæustrum 16 lapadarij

caeterique in caeteros. In claustro ducis C sunt 21 duces, quorum A exaltatur in regem, B in principem, D in comitem degradatur, caeterique similiter degradantur vel mutantur. In ipso sunt impressores. In claustro comitis D sunt 21 comites, quorum alii exaltantur, alii degradantur, alii mutantur in templarios. In ipso sunt ferrarii 21 operationibus. | In claustro praesidis E cum 21 praesidibus 12v
exaltatis, mutatis et degradatis sunt stabularii. Similiter in claustro iudicis, in quo milites; in claustro consiliarii, in quo fullones; in claustro senioris, in quo bibliopolae; in claustro actoris, in quo musici; in claustro secretarii, in quo barbitonsores; in claustro satellitis, in quo crepidarii. In claustro pontificis sunt 21 pontifices, quorum A mutatur in regem, B in principem, C in ducem, caeterique in caeteros. In ipso degunt cauponae cum 21 operibus. In templo sacerdotis sunt 21 sacerdotes, quorum A exaltatur in regem, B mutatur in principem, C in ducem, D in comitem, aliique in alios. In ipso sunt pincernae. In templo prophetae 21 prophetae, quorum A coronatur in regem, B in principem etc. In ipso sunt laniones. Ita modo suo cogitandum in templo doctoris, in quo pastores; in templo lectoris, in quo agricolae; in templo cantoris, in quo olitores; in templo sacristae, in quo lusores; in templo corbonarii, in quo magi; in templo lampadarii, in quo lictores; in templo ostiarii, in quo pictores; in templo custodis, in quo voluptuarii.

---

6. 7 *sic*; *forse* ⟨cum⟩ 21 operibus? 10 fullones? In claustro 15 cauponae] *cf. p. 49, 9*; *e* cauponae *avrà voluto il Bruno anche Acrot. Camoerac. p. 86, 13, dove v. la nota del Fiorentino*

DE COMBINANTE,

qui XXIX. Sigillus.

Tria haec combinationum genera proponuntur, quorum primum habet consistens elementum quod alterum persistens praecedit; se|cundum contrario se habet ordine; **13r** tertium est, in quo inter antecedens atque consequens adsistens liquidatum, vel illiquidatum medium persistens suscipitur aliud. Nulla quidem in primi secundique formatione difficultas apparet, in tertio vero taliter instituimus, ut quintuplici situs differentia quintuplex persistens medium in sequenti combinatorio captetur.

Bb. bc. bd. be. bf. bg. bi. bk. bl. bm. bn. bns. bnt. bp. br. bs. bt. bv. bx.

Cb. cc. cd. ce. cf. cg. ci. cl. cm. cn. cns. cnt. co. cp. cr. cs. ct. cv. cx.

Simile iudicium est de caeteris elementis combinandis; in operatione quoque quintuplici operis locali differentia providendum duximus, sicut primo combinatorio differentia triplex liquescentia LRN insinuabat.

Primi generis combinatorium in imaginatis 22 fratribus perficiebatur, quibus quintuplex adveniens differentia concomitans promebat elementum. Secundi generis combinatorium in imaginatis quinque amicis 22 qualitatibus vel circumstantiis adfecti secundum combinationis notabant elementum. Tertii generis primus ordo fiat de devinctis, 2. de aegrotis, 3. de claudis, 4. de caecis, 5. de barbiferis, 6. de signatis, 7. de atris, 8. de candidis, 9. de lividis, 10. de mundis, 11. de caelebibus, 12. de rivalibus, 13. | de officiosis, 14. de gloriosis, quibus habetur signum **13v**

---

9 instititcuimus 24 secundnm 28 yiualibus

prioris in combinatione elementi. Ad secundum vero combinationis elementum promptius habendum, ad A pertineant magri, ad B oves, ad C lunatici, ad D magi, ad E invidi, ad F fures, ad G gulosi, ad I iracundi, ad L superbi, ad M simulatores, ad N mercuriales, ad O libidinosi, ad R canini, ad S serpentini, ad T homicidae, ad V ociosi, ad X castrati, ad Z tortuosi.

Combinatorium primum in negotiis hortensibus ruralibusque in quinque distributum genera versatur; aut enim circa olera, aut circa vineas, aut circa segetes, aut circa fructus, aut circa ligna perficitur; ut alia ad primum, alia ad secundum, alia ad tertium, alia ad quartum, alia ad quintum subsistens referantur.

Combinatorium secundum totidem supposita exigit pro totidem combinatoribus designandis. In quinque igitur genera distribuantur, ut haec quidem circa cibum, haec circa indumentum, ista circa ornatum, isthaec circa aedificia, illa circa aedificiorum versentur ornamenta.

Combinatorium tertium quattuordecim combinationum continet ordines, quarum prima versetur circa musicales actiones, 2. circa studiosas, 3. circa metalla, 4. in lapidem, 5. in merces, 6. in lusus, 7. in militiam, 8. in iudiciariam, 9. in sacrificia, 10. in medicinam, 11. in vecturam, 12. in latrocinia, 13. in magica, 14. in ligamenta.

Restat de duobus subsistentibus combinatorium:

Aa	Ea	Ia	Oa	Ua	**14r**
Ae	Ee	Ie	Oe	Ue	
Ai	Ei	Ii	Oi	Ui	
Ao	Eo	Io	Oo	Uo	
Au	Eu	Iu	Ou	Uu	

---

24 ligameta

Primi combinatorii hortensia negotia Ba. Ca. Da: seminum eductio, ventilabrum, cribrum, pulvis, semen, planta, fasciculus, lapis, canistrum, lympha, ligo, iuncus, asellus, uncini, scopa, linea, testa, flores. Vinitoris gesta Be. Ce. De: Plantatio, extirpatio, collectio, calcatio, pressio, occatio, putatio, vindemia, pali, fasces, frondes, corbes, utres, vinacia, faeces, asellus, utres, dolium, vinum. Frugum conditiones Bi. Ci. Di: satio, aratio, trituratio, eventilatio, area, falx, currus, manipulus, saccus, asinus, cribrum, vomis, excussorium, stimulus, iugum, aratrum. Arborum tractatio Bo. Co. Do: extirpatio, plantatio, putatio, insitio, incisio, coniugatio, lectio, excussio, rigatio, subtensio, oneratio, exoneratio, sporta, lapis, fovea, fructus. Lignorum contrectatio Bu. Cu. Du: truncatio, sectio, decorticatio, serra, fascis, pyra, dola, securis, lectus, sedes, mensa, arca, solium, altare, columna, tabula, tabulatum.

Secundi combinatorii circa cibum sunt Ab. Ac. Ad: olla, sartago, cacabus, craticula, veru, patella, ignis, mensa, pincerna, pistor, pastillarius, vomens, | frangens, co- **14v**
medens. Circa indumentum Eb. Ec. Ed: linum, filum, tela, vestis, tundit, mundat, filat, convolvit, orditur, texit, scindit, suit, expulverat, plicat, dilacerat, induit, exuit, cardinat. In corporis ornatum Ib. ic. id: manus, facies, caput, pedes, dorsum, barba, ungues, digiti, pecten, speculum, scopa. In aedificia Ob. Oc. Od: arena, lapis, calx, picus, marra, scalprum, scala, fulcrum, ruina, fundamentum, paries, tectum, trabs. In aedificiorum ornatum Ub. Uc. Ud: gypsum, color, frondes, tapeta, aurum, papyrus, puella.

Tertii combinatorii Musicus Bc: campana, nola, tympanum, cornu, cithara, testudo, lyra, tibia, crepitaculum, ur-

11 Co.] C. 16 archa 26 schala, fulchrum 28 papirus 29. 30 timpā (*sic*) 30 cythara

ceus, trenula. Studiosus Cb: compaginatio, scriptura, lectio, ordinatio, evolutio, mathesis, physis, grammatica, logica, rhetorica. Minerarius Db: tundit, cudit, limat, contundit, ignis, aqua, folles, folliculus, lima, incus, carbo. Lapidarius Fb: excavat, frangit, iacit, levigat, tingit, struit, concoquit, attollit, ordinat, scalpit, portat. Mercator Gb: olera, triticum, linum, pannum, vasa, oleum, cultri, panes, vina. Miles Id: lorica, hasta, ensis, pugio, catapulta, arcus, balista. Iudex Lb: apprehensio, examinatio, consilium, tortura, iudicium, manicae, compedes, flag., auricula, manus, laqueus, rota, ignis. Sacerdos Mb: orat, benedicit, accendit, lustrat, sacrificat, baptizat, exorcizat, excommunicat, communicat, caedit, offertorium, crux, idolum. Lusor Nb: paxilli, aleae, trochus, palus, saltus, lucta, pila, calculi, [saltus,] cursus. Medicus Pb: pulsus, sanguis, ignis, oleum, terra, pharmacum, | extentio, cubatio, fri- **15r**
catio, expurgatio. Vector Qb: arca, dolium, lectus, lagena, corbis, currus, liber, senex, vetula, puer. Latro Rb: percutiens, nudans, feriens, torquens, puella, galerus, porcus, ovis, pallium, crumena. Magus Sb: signum, [thus,] nodus, holocaustum, imago, lemur, ignis, baculus, thus, lymphae lustrales, pentagonus. Pastor Tb: pera, baculus, lana, lac, lupus, ovis, canis, capra, bos, porcus. Venator Ub: caper, vulpes, cornu, aper, cervus, canis, ursus, leo.

Ad istorum numerum si tamquam semimathematicalia subiecta velis varie per artificium efformata referre, non modicum videberis lucratus. Habeat igitur musicus multiplicem arcam, studiosus tabulatum multiplex, minerarius multiformem lectum, caeterique varie efformata mensam,

---

1 trenula] *sic* 3 rethorica 10 *l.* flagrum *o* flagellum 16 extenctio 17 archa *e* 28 archam

altare, sedem, brutum, foeminam, vas, offendiculum, obicem, caeteraque quibus appositis idem quod animata designant, consignificetur. Adde ad optimum usum sive radicalium punctorum, sive plurium caeterorum huiusmodi, istam subsistentium elementorum cum subsistentibus aliis elementis combinationem. Instituebamus enim iuxta radicalium significatores quinque adsistentium genera, quae vel 25 differentiales sibi species adsciscerent, vel de quinque materiis 25 formas educerent. Extabant igitur absoluta quinque AEIOV, quae modica differentia se magna prodere poterant aut parva; subindeque ad duplicis consequentis punctuationis expressionem duobus aliis adnectebantur singula caeterorum quattuor, sicut iisdem A primum adnexum vides.

Aaa	Aea	Aia	Aoa	Aua	15v
Aae	Aee	Aie	Aoe	Aue	
Aai	Aei	Aii	Aoi	Aui	
Aao	Aeo	Aio	Aoo	Auo	
Aau	Aeu	Aiu	Aou	Auu.	

DE INTERPRETE,

qui XXX. est Sigillus.

Interpreti primo ad elementorum numerum viros 22 sigillatim referendos decrevi; secundo illorum singulis atria vel domos 22, quas denominarent, adtribui; tertio atriorum vel domorum singula in sex cubilia, quae ordine quodam 22narium complerent tertium, distinxi, ut virum in quibuscunque cubilibus repertum, trium semper elementorum

26. 27 quibuscũque

ex loco quidem praesentatorem, ex activo autem, passivo neutroque gestu significatorem efficerem et interpretem. Figuram quoque institui, in qua primo ex atrii nomine, 2. ex nomine cubilis, 3. ex nomine praesidis inspecto, tria designata inspicerem radicalia. Ipsa quidem quadrata est et 22 ordinibus in 22 partes divisis constans, in quibus notae diametraliter appositae per planum ad dextrum sinistrumque relatae ipsum quod primum in atrio supponitur elementum notant, sursum vero atque deorsum ascensu descensuque respicientes secundum quod a singulis cubilium desumitur elementum designant, singularis vero nota, quae in figurae margine cernitur adfixa, praesidem virum refert. Ibi vel a cubilis intentione ad intentionem atrii et praesidis, vel ab intentione praesidis ad intentionem atrii et cubilis, vel ab atrio ad cubile et praesidem, vel a cubili ad praesidem et atrium, vel a praeside ad cubile et atrium, vel ab atrio ad praesidem et cu|bile procedere volens, non **16r** modo tibi interpretem comparabis, sed et maiorum omniumque (si quos habet Cabala) mysteriorum scrutatorem contemplatoremque te poteris efficere.

Non minus exquisitam ad captandum interpretem denuo comperi rationem. Quandoquidem trecentae et septuaginta septem de primis duabus radicibus combinationes agnoscunt Cabalistae, iccirco totidem viros earundem significatores certa serie institui, iisdemque propria atria, domos et cubilia in tot partiales distributa sedes destinavi, quot ipsi pro tertia designanda radice susciperent operationes. Quod ut firmius praestarem et accuratius, talia perpetuo sedibus adieci, qualia designandum elementum referre valeant. Ad universalem autem interpretem viris,

---

19 quos] *sic* **24 earūdem**

virorum insigniis, insignitorum actionibus, agentium adsistentibus atque circumstantibus, ordinatum (prout idiomatis exigit ratio) combinatorium perfeci, quibus sedulo expeditis patriam, in qua actionum supposita de primo in secundum actum prodirent, elegi; ibidemque ad locum proprium, agentem, actionem actumque contrahens, ex adiective vel substantive, antecedenter vel consequenter vel concomitanter appositis, substantiam vel accidens, rem vel intentionem, actionem vel passionem, vel aliam quamcumque referendam intentionem ob oculos apponere novi.

TRIGINTA FORMARVM NON SENSIBILIVM DE SENSIBILIBVS DEDVCTIONES.

Praepositis adde quod naturales vel in naturalibus per artem effinctae formae, de externo in internum | **16^{v}** sensum irrepentes, et accurata quiditate, magnitudine, multitudine, habitu, dispositione, affectione, colore, forma, figura, habitudine ad subiectum, ad continens applicatione, activitate per omnia, motivitate in alia, mobilitate ab aliis, ordine ad alia, situatione cum aliis, nec non aliorum possessione, consistentia, circumstantia et adsistentia excogitatae, triginta modis aliae deducuntur ex aliis, quorum quindecim simplices, totidem vero conversivi existunt.

Primum quindenarium: 1. de habitu externo in internum habitum, 2. de operatione in facultatem atque potentiam, 3. de medio et finito in extremum et infinitum, 4. de insigni in insignitum, 5. de hieroglyphico in suum connotatum, 6. de metaphorico in suum naturale, 7. de instru-

---

1.2 adsistensibus 25 extraemum 26 hieroglyfico 27 methaphorico

mento in artificem, 8. de habente in possessum, 9. de locato in locum, 10. de contemporaneo in tempus, 11. de modificato in modum, 12. de specie in genus, 13. de proferente in prolatum, 14. de verificante in verificatum, 15. de accidente in substantiam.


Secundum quindenarium: 1. de propria passione in subiectum, 2. de simili in consimile, 3. de proportionale in comproportionale, 4. de relativo in correlativum, 5. de effectu in caussam, 6. de continente in contentum, 7. de parte in totum, 8. de subalternato in subalternans, 9. de contrario in contrarium, 10. de principali in reductivum, 11. de antecedente in consequens, 12. de concomitante in comitem, 13. de commutante in mutatum, 14. de invertente in inversum, 15. de capitis additione diminutioneque in corpus.

---

7 *l.* proportionali


AD CAELVM,

quod est secundus Sigillus.



AD CATENAM,


ubi tertius est Sigillus.



1 cathenam


AD QVADRATVM ENCYCLIVM,

qui est XVIII. Sigillus.




AD BINARII ENCYCLIVM.

[illegible]



AD ROTAM FIGVLI,


quae est XXI. Sigillus.




1 siguli

AD PEREGRINVM,

qui est XXVI. Sigillus.





Ad XXIX. Sigillum.





FIGVRA SIGILLI SIGILLORVM


pro deductione et multiplicatione subiectorum et formarum.








1 א
2 ב
3 ג
4 ד
5 ה
6 ו
7 ז
8 ח
9 ט
10 י
11 כ
12 ל
13 מ
14 נ
15 ס
16 ע
17 פ
18 צ
19 ק
20 ר
21 ש
22 ת


א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

PHILOTHEI IORDANI BRVNI NOLANI a 1r 519

TRIGINTA SIGILLORVM EXPLICATIO.

Omni verborum superstitiosa cura abacta, tibi a nobis ut agglomeratum implicitumque filum evolventibus et enodantibus, velutique occultam complicatamque telam educentibus et explicantibus, triginta, quos ordinavimus, sigilli aperiuntur.

Primi sigilli explicatio.

Campus erat primus sigillus, quem veluti universi operis artificiique subiectum oportet apparasse prius. Ipse est locus, qui in secunda theoriae A r t i s r e m i n i s c e n d i parte per comunis propriique differentias distinguitur et in suas species omnes distribuitur.

Hic perquiri simulacra locorum dicere maluimus, quam loca. Ea enim cum externis obiiciuntur oculis, minus sensibili praesentia movere comperimus, quam cum internis phantasticae facultatis oculis intentata perlustrantur. Hic ideo amplissimus sinus intitulatur phantasia, quia quod terminatum determinatumque a sensibus externis accepit,

---

11 secunda *etc.*] = *Cant. Circ. p. 221-232, 20 Imbr.* 12 communis *G* 19 accæpit *P*

in immensum amplificare et' in innumerum multiplicare valet.

Sinus iste, qui est in subiecto anima vel animali, alius generis efficitur subiectum, dum ea loca in genere | phanta- **520**
si|abiliter retinenda suscipit, in quibus ea ipsa rerum signa, **a 1^{v}**
imagines et figurae inscribi debeant, quae in species significatorum et praesentatorum vivaciori memorativae facultatis obtutu inspiciendas promovent. Ipsorum vulgatas rationes in secunda theoriae parte protulimus. Iam ut aliquid adferatur huius disciplinae proprium, ad instar Solymae per Thalmutistam divisae, praecipimus ut generalissima forma generalissimum, generalis generale, specialis speciale, individualis individuale subiectum consequatur, haud aliter quam aliam formam ab alia comprehendi conspicimus.

Secundi sigilli explicatio.

Coelum dicitur secundus sigillus, quia ad eam memoriter retinendi rationem spectat, qua cosmicae vel geographicae vel alius eiuscemodi descriptionis formam habere ad sensus interioris oculum concupimus. Cum igitur sphaera mundi vel terrae in sua sit divisa hemisphaeria, quadrantes vel alia eius generis membra, cumque eadem non solum in globi simulacro, sed et in ipso globo non facile statim occurrere possint perquisita; istam excogitavimus viam, qua citra difficultatem suis numeris atque mensuris intendentis sensibus occurrant. Destinamus enim exempli gratia domum universae praesentandae sphaerae, hancque primum

---

4 subiectum. Dum *P* 7 presentatorum *P* 10 adferatur *G* : adferat *P* Solimae *PG*, *ma cf. p. 80, 4* 11 Talmudistam *G* 25 exempli gratia *G*: e. g. *P*

in duas generales dividimus partes, quarum altera sit ad
partes hemisphaerii superioris, altera ad partes he|misphae- a 2r
rii inferioris praesentandas ordinata; dehinc utraque dicta-
rum partium quatuor sibi cubilia seligat, ut primum refe-
rat quadrantem orientalem ab aequinoctiali ad arcticum
polum, secundum occidentalem, tertium orientalem ad
polum antarcticum, quartum occidentalem.

Sicut autem quadrantum singulis tribus angulis ter-
minari, tribusque lineis accidit definiri, ita ipsorum cubi-
lium sunt concipiendae partes, ut pro punctis hîc polum,
ibi angulum orientis vel occidentis, illic angulum | meridiei 521
vel merinoctii statuat; pro lineis vero hîc meridiani, ibi
aequinoctii vel aequidialis, ibi horizontis portionem termi-
nantem intelligat; moxque ad partium referendarum situs
et habitudines respiciens, facile omnium atque singulorum
exquisitam poterit nactus esse praesentiam.

Catenae, quae tertius est sigillus, explicatio.

Catenae explicationem habes in intentione decimater-
tia libri De umbris idearum, quae quidem dupliciter
usuvenire valet, utpote ad ipsum iudicium, cum per hanc
rerum habeamus rationem, qua certa serie gradus entium
contemplantes intelligamus veram distinctamque cuiusque
essentiam veluti in centro quodam esse consistentem, ubi
altera quae superior est circumferentiae parte infimum
naturae proximae superioris gradum attingit, altera vero
huic opposita naturae proxime | inferioris supremo conti- a 2v
nuatur; secundo ad intentionum retentionem faciendam,

---

7 quartum meridionalem *G* 13 orizontis *P* 17 *e* 18 Cathenae *P* 19 *De umbris idearum p. 27 sqq. Imbr.* 24 superior *P*: in inferiori *per malinteso G*

dum caudam unius intentionis atque conceptus alterius intentionis atque conceptus caput statuimus. Quod ibi typo retinendarum signiferi partium insinuavimus .d.

Dux gregis armenti primum sublatus in iram
In geminosque pedes impete fronte ferit.
Vindex mente vacans hinc Taurus concitus, ictu
Irruit in fratres impatiens Geminos.
Germanos iuvenes affines protinus undae
Excipiunt: Cancer rosida prata petit.
Repens obliquo lympharum cancer alumnus
Villosi vultum forte Leonis adit.
Percitus inde Leo crinitos surgit in armos:
Unde vagans rapidae visa puella ferae est.
Hanc petit, illa fugit, quae gressu insana fugaci
Librantem incurrit persica lance virum.
Aestuat hic: cupidis quem dum complexibus haeret, 522
Attriti Vermis cuspis adunca ferit.
Formidans letum medicas dum currit ad artes,
Pone Sagittiferum sentit adesse virum.
Qui modo stuprata quam credit Virgine laesus,
Quo petit hunc iaculo, vulnerat ecce Caprum.
Ut primum intrusum ferrum persensit inique,
Effugit in rapidas praecipitosus Aquas.
Sic caper infelix a gurgite tractus aquarum
Insueta inclusis Piscibus esca datur.

Arboris, quae quartus est sigillus, explicatio.

Arbor ad inventionem facit atque iudicium, ut manifestum est in iis quae in libro Arboris scientiae perhiben-

3 retinandarum *P* insinuavimus: (*om.* .d.) *G* 4 primum] regem *De umbr. idear.* 7 in Geminos impaciente fratres *De umbr. id.*: '*quam lectionem supra ‹cioè nel De umbris› haud mutavimus, quia alias quoque parum difficilis esse solet Noster circa syllabarum quantitatem*' *annota G* 10 limpharum *P* 12 harmos *P* 15 perside *G* 18 lætum *P* 21. 22 Caprum | Vt *P* 24 infælix *P*: infoelix *G* 28 *cf. p. 62, 3*

tur. De quocunque enim subiecto cum | dicere volumus, **a 3r** sive ex alienis inventis colligentes, sive ex nostris meditationibus emetentes, ita facimus ut in ipsum velut in arborem respicientes, primo eius radices, puta principia originalia, causas et elementa; deinde stipitem, i. propriam essentiam et esse, mox ramos, i. potentias, facultates atque virtutes; subinde folia, puta accidentia propria et circumstantias; proinde flores, utpote actiones et operationes; tum demum fructus, qui sunt actus et opera, considerentur, ut eo pacto ordo (quo materiam disponimus) inventionem, iudicium et retentionem subministret.

Analytice quoque procedentibus, arbor materiae demonstrabilis statuatur, cuius pro radicibus sensus, imaginatio, persuasio, authoritas caeteraque id genus fidem concitantium habeantur, pro gemino stipite investigationem verificationis, alteram ex parte subiecti, alteram ex parte praedicati, et pro complicato in gemini stipitis concursu, habet integrum ex subiecto praedicatoque complexum. Si quippe quaeritur, an materia sit actu, inspiciendae sunt rationes ex parte materiae, rursum rationes ex parte actus, rationes earundem ex parte actualitatis materiei. Proportionaliter ad ramorum multitudinem mediorum admittit mul|titudinem, quo alia ad unum, alia ad alterum stipitis **523** truncum, alia ad universum stipitem referuntur. Adsumit quoque pro fructibus ea, quae ex concessis mediis illis consequuntur. Pro adsistentibus atque circumstantibus, eadem | diversam multigenamque recipit turbam, de qua **a 3v** alii invigilant, alii quiescunt, alii dubitant, alii decernunt, alii hinniunt, grunniunt alii, alii sub illius arboris umbra

---

5 caussas *G*   5 *e* 6 i. *P*: id est *G*   10 consideremus *emenda G* pacto (ordo quo *P*   14 *e* 18 auctoritas *e* habeat *G*   19 *e* 21 queritur *e* earūdem *P*

rudunt, flores decerpunt alii, alii fructus comedunt. His succedit constitutio doctrinae distinguendo, definiendo, dividendo, subdividendo subiectum atque praedicatum ad ultimas usque furculas, utpote distributiones, ramificando.

Arborem bonam atque malam ex ipsis fructibus dinoscere poteris; quae si primi generis existat, fovenda, nutrienda et contra inpetentium sophistarum importunitates, pro viribus et exigentia rationis, subtensionibus fulcienda. At si secundi generis illa sit, bipenne rationis examinata, mediis a radicibus et stipite desumptis, singulis positarum distinctionum membris ad singulorum contrariorum dubiorum solutionem relatis, sterilis maligenaque arbor detruncetur et igne reprobationis absumatur.

Arbor etiam facit ad memoriam et ordinatam specierum retentionem. Dorsum arboris habetur ipsa catena, ut in schemate ibi proposito ab A usque ad L facto conscensu, qui per praecipua materiae capita successive continueque discurrit; rami vero arboris sunt ipsae collaterales assumptiones, dum singulis praecipuae catenae annulis hinc inde toties totque annuli connectuntur, quoties | quotque ad a 4r
implendam considerationis materiam sufficere possunt.

Sylvae, quae quintus est sigillus, explicatio.

Sylva cum ex pluribus arboribus consita intelligatur, nihil aliud videtur addere praecedenti sigillo, nisi multitudinem et eiusdem rationis repetitionem; quo quidem pacto non solum duplicari possent et alii sigilli, sed et in 524

---

4 ultimos usque surculos *male* G, *che toglie l' interpunzione dopo* distributiones 5. 6 dignoscere G 7 impetentium G 9 bipēne P: bipenni G 15 cathona P 16 ibi] *p. 81, 9 sq.* 17 praecipuae G 19 Cathonae P 22 *e* 23 *etc.* Silvae *etc.* G 26 possunt G

innumerum frustra multiplicari. Atqui habet peculiarem sigillus iste rationem duplicem: alteram, quam licet in praesenti schemate intueri:

Tityre pascentes dum Mopsus colligit agnos.
Tu quoque littoribus nostris Aeneia nutrix.
Patulae. Quae patulae nobis poterunt arrigier aures.
Recubans. Lanigerum te recubante pecus rapuere simulque.
Subque umbra calami dormit humidasque lacunas.
Tegmine decipiens ovium properatque Lycaon.
Fagi non proferunt fructus, prope flumina crescunt. —

alteram, qua inventionem et iudicium amplificari comperimus, quando illud per universum, quod in omnibus arboris partibus et circumstantiis consideravimus, in singulis quae de ipso dicuntur, in ipso dicuntur, in ipso sunt, circaque ipsum consistunt, indagaverimus. Dilatatur insuper arbor in sylvam per multiplicem inventionis speciem, de qua dilatatione alius locus est.

Scalae, quae sextus est sigillus, explicatio. a 4v

Per scalam tentatur inventio atque iudicium, dum accidit fieri ascensum ab inferioribus ad superiora, ob id quod ea quae dicuntur in istis pro dignitate, in superioribus maiori eminentiorique ratione verificantur, quibus eadem praedicata si non formaliter convenire possunt, ut principiis tamen effectivis sublimiorique ratione denominandis adscribentur; quae vero in superioribus a primi dignitate

4 Titire *P* 6 Patule *la prima volta P* 9 Licaon *P* 10 ' *Versus sunt ex diversis poëtis, sine sensu, ut videtur, congesti, ita tamen ut singulae initiales voces septem versuum eum efficiant hexametrum, qui in prima Virgilii ecloga primus est' annota G* 15 indigaverimus *P* 16 Silvam *G* 18. 19 *etc.* Schalae, schalam *etc. P* 21 pro- | dignitate *P*

defectionem referunt, longe maiori ratione per quandam analogiam in iis, quae subsunt, invenientur. In iis autem, quae mediant, descensus pariter datur et ascensus, utpote quibus inferiorum perfectiones omnes, superiorumque a prima causa defectus tuto affirmare iuxta propriae essentiae | definitionis limitationem debeamus. Gradus huius sca- 525
lae sunt esse, vivere, sentire, imaginari, ratiocinari, intelligere, mentare. Quae omnia per gradus in inferioribus quo magis explicantur, eo magis in nihilum tendunt, quatenus perfectionem significant; quatenus vero oppositum significant, opposito hinc et inde sese habere modo necessum est.

Memoria vero per scalam suo typo designatam triplici progressus differentia per certam dispositionem perficitur; sed huius rei doctrina facile percipitur ex iis quae notavimus nono capite secundae sectionis libri De architectura artis Lullianae.

Inserentis, qui septimus est sigillus, explicatio. a 5r

Ex applicatione intentionis unius sigilli ad alium, unius inventionis ad aliam, ⟨unius⟩ iudicii ad aliud, unius rememorandi rationis ad aliam, insitionem fieri intelligimus. Modica nimirum, tenuia, imbecillia paucaque esse rerum semina videntur; multiplici tamen combinatione, compositione, habitudine, relatione, cohaerentia et universaliter applicatione et adaptatione innumerabilia innumerabiliumque profluunt propriae rationes. Ex elementis quatuor diversimode ordinatis, innumerabiliumque proportionum gradibus coëuntibus, innumerabilium elementatorum

---

1 quãdã *P* 5 caussa *G* 10 *l.* imperfectionem 15.16 De archit. *etc.*] *p. 23 sq.* 19 ⟨unius⟩ *om.* *P* 23 coherentia *P*

multitudo diducitur. Numero quatuor et viginti elementorum, omnium quae fuerunt, sunt et esse possunt infinitorum idiomatum vocabula articulataeque voces infinitae conflari possunt. Videatur ergo quomodo tentando, experiendo, conferendo, dividendo, componendo, concernendo, abstrahendo ad innumerabiles accingi valeamus inventiones. Quid enim? Nonne multoties nobis certum scopum praefigentibus aliud quaesito nobilius occurrit? Ipsum sane frequentissime alchimicis accidere experimentis non est quem lateat, quibus multoties auro perquisito longe meliora vel ex aequo desiderabilia adinvenisse accidit. Mitto quod et mala | atque deterrima pro bonis optimisque sese obtrudunt; **526**
nihil enim in natura pu|rum, bonoque nihil et affinius **a 5ᵛ**
malo. Ut enim physica materia non unquam aliqua forma denudatur, ita naturalis forma numquam a materia seiuncta reperitur, ut aiunt.

Agricolae, qui octavus est sigillus, explicatio.

Aliquem perpetuo Campo praesentem instituimus, quem modo adiectivum subiectum, modo animam loci, nunc vero Agricolam appellamus. De hoc diximus in secunda theoriae Artis reminiscendi parte, cum ultimam subiectorum conditionem adduceremus in medium; differt autem quod hîc nomine agricolae adducimus, ab eo quod ibi nomine loci adiectivi, tum quia, quod hîc apponi praecipimus, est animatum et tale animatum, quod vel inexistenter vel inhaerenter vel adsistenter vel circumstanter omnium potest esse susceptivum et consequenter praesentativum, unde sicut mundum Dei imaginem dixere, ita et hominem mundi

---

1 deducitur *emenda G* 13 et] est *?* 21 *Cant. Circ. p. 227 sq.*

imaginem non temere Trimegistus appellavit; tum etiam quia agricola per sui mutationem, per susceptas actiones, passiones et alias sensibiles alterationes est id quod ea quae sunt referenda praesentat. Adiectivum vero subiectum per novae formae et pro diversis occasionibus diversae semper advenientis adiectionem tactum, alteratum, mutatum, insitum, est potius id quo haec quae sunt referenda praesentantur. | Adiuvat sigillus iste nonum sigillum, **a 6r** imo ipsum perficit; citius enim firmiusque resident, clarius intensiusque loco sensibili apposita inspiciuntur, quam abstracta quadam occurrentia ratione.

Tabulae, quae nonus est sigillus, explicatio.

Hoc principium extitit, quo ad artis memorandi rationes adsequendas sum promotus. Ipsum adhuc puer ex monimentis Ravennatis expiscare potui. Hoc modica favilla fuit, quae iugi meditatione progrediens in | vasti aggeris **527** irrepsit accensionem, e cuius flammiferis ignibus plurimae hinc inde emicant favillae, quarum quae bene dispositam materiam attigerint, similia maioraque flagrantia lumina poterunt excitare.

Iuvit istum inter nostros adnumerare sigillos, ut illi, quem mihi fata primum in arte ista tradidere institutorem, ex animo litem. Eius quippe sparsum semen, quantum et qualecunque fuerit (fuit certe magnum atque dignum), nisi animae nostrae facultas concepisset, ad tantas segetum aristas (quas in huius campi area discutimus) emetendas fortasse non essemus aliunde promoti.

---

1 Trismegistus *G* 8 Adiuat *P* 11 occurrentiae *G* 14 assequendas *G* 15 Haec *G* 21 Juvat *G* 24 qualecūque *P*

Quo igitur facilius certaque serie succedentia quaedam, ut alia suo succedere possint ordine, efficiant, plura sensibilia facileque memorabilia per ordinem alphabeti vel syllabici in catalogum re|dacta docuit apparanda; ad quae **a 6**v modo has, modo illas pro rerum exigentia referentibus actionum, passionum caeterarumque circumstantiarum habitudines, facile modo haec, modo illa concupita in memoriam revocari valeant. Hinc primam intentionem referet Amphion, secundam Bootes, tertiam Cepheus, 4. Diana, 5. Aeolus, 6. Fab. Vulcanus, 7. Ganymedes, 8. Hercules, 9. Iuppiter, 10. Kiron, 11. Liber, 12. Mercurius, 13. Neptunus, 14. Oceanus, 15. Pluto, 16. Quaesitor Minos, 17. Rhadamanthus, 18. Saturnus, 19. Titan, 20. Venus, 21. Xuthus, 22. Zethus.

Ultra alphabetum, syllabicum duplex, utpote alterum in quo consona sonantem sequitur, alterum in quo consona sonantem antecedit, ordinabatur.

Compaginatoris, qui decimus est sigillus, explicatio.

Compaginator est qui loca locis consuit, quemadmodum explicavimus in A r t i s r e m i n i s c e n d i institutionibus, ubi conditiones subiecti quoad discretam quantitatem determinabamus. Compaginatio autem non solum, sicut ibi ostendimus, continuatione vel contiguitate, vel adpo|sitione **528** et consequentia locorum sensibilium ad alia sensibilia efficitur, sed et semimathematicorum ad alia semimathematicalia, verbalium ad alia verbalia, | sensibilium ad semima- **a 7**r

---

4 sillabici *P* 10 Eolus *P* Faber, Vulcanus *G* Ganimedes *P* 11 Jupiter *G*, *che corregge anche* Chiron (*contro la serie alfabetica*) 13 Radamantus *P* 14 Xutus *PG* 15 sillabicum *P* 20 Artis *etc.*] = *Cant. Circ. p. 224 Imbr.* 21 discraetam *P* 25.26 *f.* semimathematica

thematica vel verbalia, verbalium ad semimathematica vel sensibilia.

Similis est ratio Compaginatoris ad locorum multiplicationem rationi Arboris, atque quorundam de sigillis aliis, ad eam quae adiectorum est. Ratio quoque Compaginatoris est similis deductionibus, quas Lullius et nos in inventivis artibus instituimus, dum ad conceptuum et contemplationum multiplicationem una figura per alias omnes deducitur, unus inveniendi modus alio inveniendi modo cohaeret.

Vexilli, quod undecimus est sigillus, explicatio.

Huius sigilli rationem, ubi De memoriae verborum praxi instituebamus, tetigimus. Ibi vel ex proprio vel ex appropriato nomine plures voluimus esse Aristarchos, Bacchos, Caesares, ut eodem nomine intitulemus eiusdem familiae vel institutionis vel artis plures, ut ex iis modo unum modo alium ad opera peragenda referamus.

Adiuvat iste sigillus Tabulam, quae nonus est, et mirum in modum dilatat ipsam, atque velut ad triplicis dimensionis differentias amplificat.

Ad haec si proportionaliter inspicias, non satis occultam et implicitam habes inveniendi iudicandique rationem, dum non modo Bacchos, Caesares, Dionysios in omnium hominum generibus effingas, sed in arborum omnium speciebus omnium animalium species inquiras et invenias, in omni|um lapidum speciebus plantarum species, in unius a 7v
speciei individuis omnium aliorum species individuaque similia. Innumeri enim diversique homines vultu, moribus

---

9 alii *G*, *ma cf. Lamp. trig. stat. p. 175, 10* 11 *Cant. Circ. p. 249* 13. 14 *e* 22 Baccos *P* 26 individuis *G*: inuiduis *P*

et gestu innumeras et diversas animalium species referunt, et ad idem quasi vexillum referuntur. Hinc apertum est, quod omnes naturae et in natura duces in omnibus sibi definitos milites | agnoscunt, quorum alii alibi magis pro- 529
prios, explicatos atque plures agnoscant; unde fit ut ex superabundante domini peculiares habeantur. Id optime persensit Anaxagoras, et non attingere potuit sophisticae naturae pater Aristoteles, qui ab impossibilibus, logicis fictisque segregationibus rerum veritati non convenientibus, non est mirum si infinita valeat inconvenientia alia subinferre.

Pictoris, qui duodecimus est sigillus, explicatio.

'Pictoribus atque poëtis quaelibet audendi semper fuit aequa potestas.' Primus praecipuusque pictor est phantastica virtus, praecipuus primusque poëta est in cogitativae virtutis adpulsu, vel connatus vel inditus noviter quidam enthusiasmus, quo vel divino vel huic simili quodam afflatu ad convenienter aliquid praesentandum excogitatum concitantur. Idem ad utrumque proximum est principium; ideoque philosophi sunt quodammodo pictores atque poëtae, poëtae pictores et philosophi, pictores philosophi et poëtae, a 8r
mutuoque veri poëtae, veri pictores et veri philosophi se diligunt et admirantur; non est enim philosophus, nisi qui fingit et pingit, unde non temere illud: 'intelligere est phantasmata speculari, et intellectus est vel phantasia vel non sine ipsa'; non est pictor nisi quodammodo fingat et meditetur; et sine quadam meditatione atque pictura poëta

---

9 segregationibus, rerum *G* 20.21 pictores, atque poetae pictores et *G* 22.23 dilligunt *P* 24 *sqq. cf. Aristot. De An. p. 403ᵃ 8 al.*

non est. Phantasiam ergo pictorem, cogitativam poëtam, rationem philosophum primum intelligito, qui quidem ita ordinantur et copulantur, ut actus consequentis ab actu praecedentis non absolvatur. Quomodo haec contemplatio ad inquirendum, inveniendum, disponendum et iudicandum faciat, ipse considera. Et nos post completam praesentem explicationem hunc sigillum in iis, quae ad hebraicam institutionem et fortasse occultam quandam, quae in illius linguae mysterio latet, artem faciunt, practicabimus.

Iam ad memoriae naturalis relevamen et ad cuiusdam artificiosae institutionem, duplicem agnoscimus picturam: **530**
alteram, qua super alienis descriptionibus retinendorum imagines vel notas efformamus, cuius exemplificatio esse potest ex iis, quae in Arte Umbris idearum adnexa docuimus; alteram, qua nos ipsi pro negotii exigentia talia aedificia, hypostases monstraque confingimus sensibilia et phantasiabilia, qualia rerum non sensibilium memorandas valeant referre et praesentare species; sicut enim nihil intelligimus sine phantasmate, ita | non est quod sine phan- **a 8v**
tasmate recordemur. Quae igitur apprime memorata volumus, solerti conditione phantasiata statuamus.

Phidiae, qui tertiusdecimus est sigillus, explicatio.

Habet peculiarem modum, quo sculptor ad inventionem dispositionemque faciat, habet quo ad rerum intentionumque memoriam adsequendam conferat; expresse vero ad dictionum reminiscentiam tot individuas sedes instituit, quot quispiam cupit verborum habere memoriam.

Sedibus illis iuxta Agricolae conditiones perpetuos

---

9 misterio *P* 16 ypostases *P* 18 presentare *P*

propriosque cultores destinat, qui diversas situum adsumentes differentias, praecedentem adsequentemve consonantis sonantem referant, et certis differentiis alias adsumere combinationes vel elementa valeant, quemadmodum per aenigma in fine Artis reminiscendi appositum denotavimus.

Est etiam Phidias formator, ut quae pictor velut ex aliis exemplariter educit, et ubi velut super alienis delineamentis elaborans invenitur, ita ibique statuarius Phidias vel quasi formatione quadam e cera effingat, vel quasi additione pluriumque lapillorum ordinatione construat, vel quasi subtractione incultum informemque lapidem figurandum sculpat.

Phantasia, quam Zeuxim Pictoremque appellavi|mus, **b 1[r]** eandem non iniuria Phidiae nomine in proposito intitulabimus.

Haec est statuarius ille, qui famosam Nabuchodono- **531** soris statuam erexit, haec ordinatam fortunae regni successionem descripsit, haec tropologiarum fabricat discursus, haec formae conditiones in aliquo sensibili, circa quod et in quo pleraque metaphorice delineat, certo quodam ordine eademque qua meminisse volumus serie describit. Huius suffragio in Centum statuarum volumine conditiones virtutum atque vitiorum universas ita quandoque descripsimus, ut earum lectio delectabilior, contemplatio iucundior, distributio ordinatior, series distinctior, similitudinum comparationumque consequenter concatenabilium inventio promptior et memoria tenacior haberetur. Huius ope ad similitudinum nos facile concitavimus inven-

---

5 enigma *P* Artis *etc.*] = *Cant. Circ. p. 253 Imbr.* 9 ibi *G*
14 Phantasiam *G* Zeusim *P* 27.28 concathenabilium *P*

tionem: quemadmodum cum in humano supposito avaritiae conditiones atque proprietates figurare volui. ad sexum, aetatem. capillos, frontem. oculos. tempora. aures. nares. os. linguam. oculos. nasum. mentum. colorem. pectus. viscera. tibias. pedes. capitis indumentum. colli ornamentum, torquem, pallam. utraque manu apprehensum. domum. domus partes. cubile. lectum. victus rationem. affectus. patrem, matrem. sorores. filias. socios. ministros, amicos. aegritudines. mortem. sepulcrum. epitaphium, famamque respexi. Eademque omnia. omniumque circumstantiae atque casus. per supposita Vexilli atque Peregrini **b 1ᵛ** multiplicata. inventionem causant. iudicium exacuunt et ad rerum bene dispositarum memoriam conferunt.

Ibi A tributum exigit a mortuo. B aequum laudat et nimium quaerit, C a statuis exigit. D fabas arrodit, E in pera franciscana, F Tartesiae felis simulacrum, G a veru et a sartagine rapit, H bonus pastor pecus tondet, I vorat hamum, K veluti polypus attractivus. Caeterique similiter per ordinem Tabulae vel Catenae vel Elementarii vel Combinatorii vel sensibilium, semimathematicorum verbaliumque locorum succedentes, ordinate tibi perquisitae rei membra referent.

Hic locus est adducendi principii artis figurativae, in **532**
qua illud praeaccipiendum est, quod omnia per omnia possunt figurari; cogitatio enim naturalis virtus est, quae matris naturae vestigia facile consequitur, si diligentiae auribus vocem eius intimius adclamantis exhauriat; tunc enim phantasia omnia in omnibus fingere et imaginatio

---

6 pallam utraque manu apprehensam *emenda G* 9 sepulchrum *P* 10. 11 circumstantias *P* 17 tondit *G* 18 polipus *P* 19 cathenae *P* 20 sensibilium semimathematicorum *G* 25 enim, naturalis *P*, *non per altro che per separare* naturalis *da* cogitatio 27 *l.* exaudiat

omnia ex omnibus concipere valebit: concipere inquam aut per identitatis modum, si eadem genere, specie vel numero sint; adsimilabile et suum correlativum aut similitudine, si similia; aut proportione, si proportionabilia; aut ironia, si absona, ut cum 'poenarum divitias' 'thesauros'que 'irae' dixere, quae excogitatio non sine venustate occurrit, licet rerum desiderabilium divitiae thesaurique dici consueverint. Possumus similiter per alias oppositionis species adsimilabile ad suum | referre correlativum; opponuntur enim b 2^r homo et mundus, ut continens et contentum, magnum et parvum; aliisque plurimis oppositionis speciebus; dicetur igitur homo mundi incola, discurrens, parvus, speculator, mortalis, et ita deinceps. Item et qui iustitiam lucernae comparat, ita modificat, ut ad eius modum rationemque insinuandam ex differentiae consideratione ducatur ad talem eamque appellando lucernam, quae qualisque nulla vetustate absumitur. Qui temperantiam foeminae adsimilabit, dicat eius frontem, quem nulla senectutis ruga sulcavit, cuius pellem tempus ullum non contrahat. Exaggeratione quoque et adsimilatione quadam multa suis comparabilibus adcommodantur. Hinc cum per librum vellet Iob fatum describere, videretque illum per sese non sufficere ad significandum, talem appellavit librum, qui in plumbi lamina, stilo ferreo, in celte et silice, vel in inciso adamante futura referat. E contra vero cum quid plus quam ad rem propositam notandam par sit referat, ad comparandam similitudinem subtractione contractioneque quadam utimur. In omnibus tandem eo insistendum, quo af-

2 eadem *P*: ea *G* 5 paenarum *PG* 12 mundi *G*: mūdus *P* 16 appellandam *G* 17 absumatur *G* temperautiam *P* faeminae *P* 18 dicat ‹talem, cujus› frontem [quem] nulla *G* 22 *sqq. Iob 19, 24* 24 stillo *P*: stylo *G* celte et *om.* *G*

fabre et melius, vel traductione, | vel transmutatione, vel [533] transpositione, vel conversione, vel antiphrasi, allusione, illusione, delusioneve quadam proposito adcommodentur; ut ubi infernus impiorum describitur anima, 'cuius ignei flagrantis conscientiae parietes, maleolentis opprobrii sulphures, horrendarum terriculamenta specierum, suspectiones | temere caecum animum concutientes depictorum tape- [b 2v] tiorum loco, ipsis propriorum facinorum technis aedificatam nefastam domum incolunt, illam nulla temporis acies aequabit, non ulli vetustatis arietes deturbabunt, eius limitibus non alii, sed ipsi tantummodo coarctabuntur.' A pari aliis similitudinibus, proportionibus, comparationibus ornamenta, habitus, indumenta, circumstantias caeteraque omnia, quae ad commodum et incommodum faciunt, negando affirmandoque poteris pro dignitate rei subiectae congruenter adaptare.

Daedali, qui decimusquartus est sigillus, explicatio.

Quemadmodum omnis artifex, qui plurimos diversosque intendit effectus, vel pluribus instrumentis vel unico diversimode multiformiterque exagitato organo ad proprias proficiscitur functiones, haud aliter hic Daedalus, cuius subiectum multiplex et multigenum esse potest, imo qui suo ordine circa omnia operari se valere confidit, diversis pro rerum varietate mediis, ad praetensum opus persequendum accingitur, dum alibi per sensibilem Campum, alibi per Catenam, alibi per Arborem, alibi per Numerato-

---

3 ⟨vel⟩ delusione *G* 4 ubi anima impiorum describitur infernus *G* 7 cecum *P* 11 A pari *P*: Pariter *G* 17 *e* 21 Dedali *e* Dedalus *P* 17 decimusquartus] 14. *P*, *e analogamente in tutti i titoli seguenti* 22 immo *G* 26 cathenam *P*

rem, alibi per Centurionem, quadratum vel circulare Encyclium, alibi per Inserentem, commodiorem videat aditum patere; quibus quidem artium actionumque per universum | utensilia, per centenaria, vel certos alios numeros b 3r
referentibus, ex ipsis talia confingit efformator, qualia et inquirentem importunius ad inventionem elaboratam concitent et reminiscentem ab operis molestia relevent.

In inventione quidem unum subiectum ad propriam definitionem universa contrahens, limitans, eademque per 534
ipsam modificans, infinitas ab infinitis differentes appropriabiles suscipit rationes. Eadem enim forma per infinita supposita innumerabiliter individualibus multiplicatur variaturque differentiis et proprietatibus, eadem materia ad infinitas alias relata formas, infinitas aliasque suscipit rationes.

Huc respiciunt scalae praedicatorum absolutorum, respectivorum, quaestionum et aliarum formarum.

Ad fixionem autem collocationis faciendam artium, exercitiorum variorumque actuum, cum suis mediis catalogi referuntur; iis enim successive susceptis certo ordine quaesita invenientur et collocata praesentabuntur.

Personae, quae decimusquintus est sigillus, explicatio.

Sigilli istius explicatio sufficienter ex iis, quae sub aenigmate, quod est in fine Artis reminiscendi, sunt adnotata, desumitur et non minus ex dictis in se|cunda b 3v

---

1. 2 enciclium *P* 9 diffinitionem *P* 13 eademque *G* 14 aliasque *P*: alias *G* 16 schalae *P* praedicatorum, absolutorum *PG* 19. 20 cathalogi *P* 20 referantur *G* 21 presentabuntur *P* 24 enigmate *P* Artis *etc.*] = *Cant. Circ. p. 253 Imbr.*

particula capitis, quod praxim memoriae verborum insinuat. Nec sigillus iste certa peculiarique inventionis formula caret.

Arithmetrici, qui decimussextus est sigillus, explicatio.

Adeo sigillus iste ex iis, quae hic et secunda parte theoriae Artis reminiscendi (ubi de locis semimathematicalibus discurrimus) habentur, aperitur, ut alia explicatione non egeat. Illud tantummodo in memoriam revocari velim, quod tripus, arca, sedes caeteraque eius generis, ita sumi debeant, ut non unam rei speciem, ad quam significandam haec nomina sunt imposita, denotent, sed ex instituto plurima, quae per transpositionem, similitudinem proportionem et appropriationem, vel per se vel per aliud consequens, affine vel adiunctum denominare possunt, eadem significent.

Sicut igitur in sigillo, qui Vexillum dicitur, ad unum nomen plurimos nominandos reducere docuimus, ita hic | sub **535**
uno rei significato plurima significanda intelligere, eadem ratione docuisse putemur. Quod ad formam igitur attinet, per tripodem intelligimus non solum quod tres habet unius diversorumque generum pedes, sed et omne quod sua forma, figura, aliaque de triginta formandi rationibus, triplex et ternarium valet concipi vel nominari. Quod autem ad materiam spectat, non solum | lineum dicitur tale, quod **b 4r**
vere et per se est eiusmodi, sed et quod vel secundum partem vel per aliquod quod re ipsa vel imaginatione ap-

---

1 *Cant. Circ. p. 249 sq. Imbr.* 4 *e* 141. 14 Arithmetici *e* Arithmeticus *G*, *ma il Bruno può essere stato indotto alla falsa formazione per analogia per es. di 'geometricus'* 6 *op. cit. p. 229 sqq.* reminis. (*sic*) *P*: reminiscentiae *G* 14 possint *G* 17 plurima nominanda *G* 24 linteum *G*

plicatum lineum concipi dicique potest. Hinc et per clavum realiter vel imaginarie adfixum, uti ferream possum concipere columnam.

Centurionis, qui decimusseptimus est sigillus, explicatio.

Pro substernendis apparandisque primis mediatis, proximis immediatisque partibus intentionum generalium, vel subiectorum communium, vel formarum applicabilium, quae ad inventionem vel ad retentionem ordinabantur, difficile est melius vel simile artificium adinvenisse.

Hac arte statim de multis (quos non facile nec breviter naturali vel alius modi artificiosa facultate retinere valemus) quid, quantus, quotus, quantum, ubi et quomodo quisque referat, firmiter habebimus. Hac ratione ditatur Arithmetricus seu Numerator, qui est sigillus proxime dictus; ex ordinatis enim patriis habes ordinata centenaria, ex patriarum subordinatis variis hominum conditionibus ipsas, quae simili pacto digitos subsumunt numeros, subordinatas decades habebis, quarum tandem individuis ad opera vel inveniendorum vel retinendorum persequenda, numeris pluribus absolutis, uti valeas.

Quadrati Encyclii, qui duodevicesimus est sigillus, explicatio. b 4v

Duplicem habemus primum generalemque modum, per quem circa disposita ordinate inquiritur et invenitur, quique dispositis repraesentandis atque retinendis apprime 536
est adcommodatus.

---

1 linteum *G* 2 uti *om.* *G* 20 absolutis uti *P*

Horum primus est per quadratum in plano. quod est cubus in solido. secundus est per circulum in plano. qui est sphaera in solido: dupliciter etenim in istis proportionabilia mathematicis figuris encyclia sumi possunt. nempe vel ad unam vel ad triplicem dimensionis differentiam.

Quadratum igitur encyclium efficitur. cum quatuor super uno subiecto formantur intentiones. et supra quatuor intentionum singulas. quae modo subiecti vicem subeunt. quatuor efformantur aliae. quarum quaeque subsequentibus quatuor iterum subiacent intentionibus: et ita deinceps progrediendo. quousque et disponentis intentio et rei disponendae negotium patiatur.

Circularis Encyclii. qui undecimus est sigillus. explicatio.

Eadem quasi serie atque proportione in circulari. qua in quadrato encyclio. rerum rebus appositio prosequenda proponitur. Porro sicut ad diversa. saltem proxima. principia. circulus atque sphaera. quadratus atque cubus re- b 5ʳ
feruntur. nec non horum illorumque. haeque illaeque mensurae differant: ita diversa eorundem ponimus encyclia. quorum alterum usuvenit ad inventionem distinctionum et divisionum eiusdem. alterum vero ad inventionem multiplicium. quae sunt atque fiunt circa idem. Circularis encyclii appositio in facile figurabili circuli quadrante fiat manifesta.

---

2 cubum *P*   18 quadratum *G*   20 differunt *G*   eorundem *P*

Compositi et Elementi, quod vicesimus est sigillus, explicatio.

Hic sigillus est, quem nomine verbalium locorum intelligebamus, estque non solum ad retentionem faciendam, sed et ad inventionem non modicum adcommodatus. Ad memorandum quidem usuvenit, veluti quando in compositis, utpote in dictionibus ipsis, alicuius orationis partes sententiasque ordinate confingimus, | ut primam 537
referat odiens vel exosus aliquis, quem nos talem perceperimus vel fuerimus imaginati; secundam aliquis profanatus, profanans vel profanus; tertiam vulgaris, vel e vulgo disgregatus, vel divulgans quispiam, vel vulgatus; quartam arcens, quive arcetur, reportet; reliquas per ordinem, per reliquas ordinate subsequentes dictiones praesentabimus. Ad inveniendum etiam confert, quoniam ex vocibus omnibus omnes revocare possumus intentiones, exque intentionibus omnibus et quibus|cumque omnes et quaecumque b 5v
aliae intentiones exuscitantur et exurgunt. Et si de magnanimitate sermo sit habendus, 'odere' inquam 'magnanimitate praediti ignobiles actus, vindictam de hostibus sumere, pauperes humilesque opprimere etc.; profanis ab actibus, quibus infamiae notam subire valeant, avertuntur [a] magnanimitatis habitu (haec enim nihil praeter egregias meditatur operationes); a vulgaribus trivialibusque sermonibus, curis et studiis magnanimus proripit sese abstrahiturque totus, illud in mentem revocans, quod nullus vulgi comes quicquam sapienter vel egregie sentire perficereve potest (non enim spectabile laudabileque esse

---

2. 3 *Cant. Circ. p. 232 Imbr.* 10 prophanans *P* 13 dictones *P* 16 quecumque *P* 17 exsuscitantur et exsurgunt *G* 17 Et] *sarebbe preferibile* Ut 22 a *om. G*

valet, quod frequens est atque vulgare); arcet abigitque magnanimus ab animo ignobilium appetentiam voluptatum, arcet pellitque omnem vanam formidinem, non persequutionum mortisque timor illum a via iustitiae aequitatisque coërcet.

Ad omnes inventionis species non utilis est iste modus, sed ad eas tantum, quae persuasionem faciunt. Ut autem ad inventionem universaliter dictam conferre valeat, hoc pacto providendum, ut termini isti non sumantur pro formis, sed pro formarum subiectis adsumantur, cum in osore aliquid quod significet essentiam, in profano quod potentiam, in vulgato quod operationem, in arcente quod circumstantias referat; ut subinde pro inventionis opere primum inquiramus, quid dictum, dicendum et dici possit circa rei propositae essentiam et ‖ esse, secundo quid | circa 538 b 6r eiusdem habitus, dispositiones, facultates, passiva activaque principia, tertio quid circa effectus et operationes, quibus ipsa est et quae ab ipsa profluunt, quarto quomodo, quibus concurrentibus et concausantibus; et ita de caeteris per reliqua.

Proinde sicut oratio resolvitur in dictiones tanquam in partes proximas, nec non syllabas et elementa, velut in remotiores primasque partes, ita et inventionum signa generalia in particularia et individua resolvuntur. Habent etenim elementa quae figurent, et habent quibus figurentur; A enim plures figurat Aristoteles et Aristarchos, et plures Aristarchi Aristotelesque plures per A figurantur. Itaque et per individuorum ab elementis significatorum ordinem, et per eorum elementorum combinationibus praesentatorum eorumque quae integris denotantur dic-

10.11 adsumantur, ut in osore *G* 22 sillabas *P*: ⟨in⟩ syllabas *G*

tionibus ordinem, possum ad opus faciendae retentionis et intentandae inventionis accingi. Non solum per diversos ad eandem nomenclaturam relatos, sed per eundem diversimode se habentem, operantem et collocatum, subiectorum retentionis et inventionis copiam comparare docemus, ubi dicimus quo modo quandoque formarum multiplicationem adtentabimus.

Rotae, quae vicesimusprimus est sigillus, explicatio. b 6v

Rotae subiectum atrium, figulo figurator, luto subiecta intentio formabilis proportionantur. Sint igitur in rota seu atrio A duodecim, viginti quatuor vel triginta officinae, ut prima sit aucupis, secunda medici, tertia militis, quarta pincernae, quinta musici, sexta scriptoris, septima agricolae, octava sutoris, nona sacerdotis, decima fullonis, undecima tonsoris, duodecima lectoris. Per quos si unus agens, vel cooperans, vel patiens feratur suis casibus, saltem duodecim; si duo, saltem viginti quatuor, si tres, triginta sex saltem dabunt intentiones. Per quam quidem praxim si velis in mathematicis exerceri, ut si velis stellarum aspectus quoad earum significa|tionem et significatio- 539 nes dispositionum planetarum in signis retinere, poteris duodecim suis circumstantiis domos efformatas ita apparare, ut suis partibus atque membris talia contineant, quae ad singulas considerationes, de ipsis et in ipsis faciendas, sint adcommodatiora. Poteris insuper septem circum rotantia supposita destinare, quorum passionibus et affectibus

---

7 adtentabi- (*sic*) *in fine di pagina P* 11. 18 duodecim, viginti quatuor *etc.* prima—secunda—tertia *etc.* duodecim—viginti quatuor *etc. G*: 12. 24 vel 30.—Pr.—2.—3. *etc.* 12—24 *etc. P* 15 quas *G* 21 dispotisionū | *P* planetarum, in signis *G*

aliis, quae in locis recipiunt, ea quae in planetis significari debent ordinate habeas. Quae quidem omnia si septem implere nequeunt, alios substituimus singulorum omniumque successores.

Ubicumque etiam erunt quatuor, quinque, septem, quae rationes et formas multiplici in invicem compositione coordinationeque multiplicant, in ip|sis, sicut in Propaga- b 7r tore, in energumenis locis, et aliis de multiplici Elementario vel Combinatorio facere docuimus, est providendum; ad instar (inquam) illorum, iuxta combinandorum et in compositionem venientium numerum, elementaria statuas, quibus tandem figuranda figurare et ipsa figurata, ad novas integri illius figurationes inducendas, per rotam deducendo, valeas. Et nos id magna ex parte in Artis memoriae, Umbras idearum consequentis, prima secundaque de adiectis particula docuimus.

Fontis et speculi, qui vicesimussecundus est sigillus, explicatio.

Per haec docemus suppositum personamque unam unam integramque posse indicare facultatem. Hinc ad inventionem faciendam, oculo uniformiter ad omnia visibilia se habenti atque successive converso, unus fons, unum speculum praesentabit universa, unus habitus in una quadam formali serie complebitur, dum quodlibet subiectum per illam examinabitur. Hîc praedicata sunt quae omnibus applicabilia pro sua ratione iudicantur, hîc formae quibus cuncta modificantur, hicque circumstantiae quibus colorantur universa, ut in iisdem omnia generalia particula-

---

1 quae (*la prima volta*) *P*: quos *G* 8 energumenis, locis et aliis *G* 13. 14 deducere valeas *G* 15 *p*. 77 *Imbr*.

riaque considerabilia subiecta, dis|tinctis propriisque rationibus inspicienda se tribuunt. Hinc ab aliis et a nobis **540** instituta, inven|ta atque completa multiplex inveniendi **b 7v** ratio dependet. Sigilli istius applicatio ad reminiscentiam comparandam nullam admittit difficultatem per ea, quae hic alibique frequentius diximus.

De Empirico, qui vicesimustertius est sigillus.

Sigillus iste magis apertus est, quam ut ulla explicatione indigeat. Facile enim possumus pro hortis plura instituisse atria vel cubilia, in quorum membris perpetuo figurata maneant, et veluti adiectiva loca consistant diversa simplicium genera. Per hos hortos atriaque aegrotantes plurimi suis ordinibus succedere possunt, qui diversi diversas poterunt memorabiles formare intentiones et perquisita complere remedia, dum ipsi aut ii, qui pro ipsis designandis adsumuntur, vel a rebus, vel ad res sibi necessarias et usuvenientes aliqua ratione sunt affecti.

De Alea, quae vicesimusquartus est sigillus.

Per omnes quae praecesserunt quaeque sequentur figurandi praesentandique rationes, aleae memoriae, similique retinendorum ordine, minime possumus providisse; eam ob rem istam particularem propriamque excogitavimus viam, quae plus est explicata, quam ut pluribus verbis indigeat.

---

2 tribuant *G*   8 iste *G*: este *P*   11 figurat *P*   21 ordine *P*: ordini *G*   23 *sopra p. 93 sq.*

Gorgiae, qui vicesimusquintus est sigillus, explicatio. b 8r

Pro varii generis argumentis ad varias theses et disputationum subiecta, quae eorum quae defenduntur, et eorum qui oppugnant turba confusionem perplexamque chaos effigiem redderent, ad certa definitaque loca ea quam hic insinuavimus serie disposita referantur.

Diversa igitur pro axiomatum, positionum et problematum diversitate praeordinata communia loca, numero particularium locorum particulares suscipiant reddant- 541 que obiectiones: Gorgias iste (sic enim Disputatorem, cui maxime sigillus iste inservit, dici voluimus) non solum in verbalibus positivis, sed et in aliis omnibus locorum speciebus ad proprias se conferre functiones poterit. Commode enim diversimode disposita cubilia, varie effincti numeri, diversae suppositae concatenationes, numero varietatique verificationum disputandarum inservient.

In ipsis cum sit nota conclusio, et duo consequenter de tribus argumentationis terminis, medii tantummodo figuram collocasse sufficiet.

Circaeorum camporum, hortorum et antrorum, vicesimisexti videlicet sigilli, explicatio. b 8v

Diversas novimus esse diversorum simplicium qualitates, varios etiam plane constat qualitatum variarum, sub variis congruentibus possibilibusque combinationibus, esse gradus. Ea igitur arte, qua dictiones quascumque effigiare docuimus, ipsa rerum nomina figurata ad illum

---

1 *sqq. cf. p. 94. 8 e Tocco, Le opere lat. di G. B., p. 65* 8 ⟨cum⟩ numero *G* 10 Georgias *G* 15 concathenationes *P* 19 sufficiat *G*

referantur hortum, campum vel antrum, in quo illarum qualitates suis numeris, ponderibus atque mensuris definitae habeantur.

Erit ergo campus primus calidi humidi, secundus calidi sicci, tertius frigidi humidi, quartus frigidi sicci.

Erunt subinde in campo, membrorum quinque vel septem, plures paucioresve, pro rei exigentia, ordines; quorum primus referat calidi primum gradum cum septem humiditatis gradibus in septem ordinis domibus, secundus calidi gradum secundum cum septem humiditatis gradibus in propriis septem istius ordinis domibus, tertius tertium calidi gradum cum septem humiditatis gradibus in unius istius ordinis domibus septem. Et ita deinceps in aliis providere poteris, ut tandem in specie ad locum generalem, particularem et individualem | relata, qualitatem, qualitatis gradum et graduum compossibilitates intuearis. **542**

Ibi Circaeus dicitur campus pro arboribus maiorumque plantarum fructibus, hortus pro herbis, floribus atque medicis radicibus, antrum pro mineralibus iisque omnibus, quae in telluris gremio generantur, eiusdemque effossae concavitatibus desumuntur. **c 1r**

Sigillum istum hoc in aenigmate quandoque implicavimus.

Lumine de claro ne mens peregrina vagetur,
Nec sensus currens pone petita cadat,
Utque profunda virum fallat te in tartara missum
Ardentem fugiens unda petita sitim;

---

21 effossae *P*: effossa *G* 23 enigmate *P* 23. 24 explicavimus *G*
25. 150, 14 *v. Ars memoriae p. 170 Imbr.*

Coge potens Circe succos tibi in atria septem,
Quaeque sit et species in genus acta suum;
Transfer in annosi campum haec scelerata parentis,
Haec habeant dominum cum Ganymede Iovem.
Luminibusque minax perstans ardentibu' Mavors
Hortum hunc prospectet, Mulciberumque trucem.
Obtineas vasti lampas celeberrima mundi,
Prolem ubi multigenam contueare tuam.
Suave Venus spirans queis cuncta viventia vincis,
Inque sequestrato diva capesse loco.
Secretusque tibi credatur nuncie divum.
Foemina foemineo credite, masque mari.
Sepibus abiunctas, temerentur ne tua dona,
Delia consortes iunge operosa tuas.

Peregrini, qui vicesimussoptimus sigillus, explicatio.

Ditat sigillus iste Rotam figuli; non solum enim per eumdem campum multiplicat unius rei deducendae considerationes atque loca, sed campum secundum primo subordinans, efficit ut ad locorum se|cundi campi numerum **c 1v** singula primi campi membra submultiplicemus. Tertium pariter campum secundo subnectens, id praestat, | ut ad **543** locorum tertii campi numerum secundi campi membra multiplicari possint. Similiter si id propositum urgeat negotium, quartum tertio, quintum quarto eousque continuabimus, quoad materiae subiectae capacitas impleatur; formarumque extenditur multiplicandus numerus et amplitudo.

Differt igitur Peregrinus a Rota, quia hîc Figulus

---

4 dominum] natum *Ars mem.* ganimede *P* 5 prestans *Ars mem.* (?) ardentibu *P* 8 contuöare *PG* 9 cuncta animantia *Ars mem., nè vediamo perchè qui ha corrotto il verso* 13 *senza interpunzione P* 17 eundem *G* 26 extendatur *G*

circa unum idemque centrum suas complet revolutiones, ibi vero Peregrinus singulis veluti rotae radiis alias rotas in tertium, quartum et plures (si necesse libitumque fuerit) subalternatim succedentes ordines auspicatur, exequitur et veluti peregre proficiscens evagatur. Sigillum istum praesenti in aenigmate complicavimus.

Uranie vatem sublimes duxit in aedeis,
Quo faceret mentis nubila pulsa suae.
Ordine praegnantem, quo sunt disposta per orbem,
Indicat extenta singula quaeque manu.
Leucadius regno sedet hîc, tristisque senecta.
Praetulit hic degens talia regna patri.
Cuspide Marsque potens rapit hinc ea, raptaque servat;
Aureus hinc Titan haec diuturna facit.
Blanda Venus grato numerosa ea reddit amore;
Pacis et armorum hinc arbiter hic superis.
Hinc vultu inconstans Lucina et lumine clamat,
Occubitum visent orta et adaucta suum.
Ordine sunt postquam concepta palatia coeli,
Bis senas iuvat hos iam peragrare domos.
Egrediare senex varios subiture locorum
Anfractus, varias insinuando notas.
Huic divum succede parens, succede Gradive,
Smintheum numen, Gnidia nata mari. c 2r
Atlantis succede nepos, Cyllenia proles,
Delia nec cesses coelo Ereboque potens.

Claustri cabalistici et Templi, quod vicesimusoctavus est sigillus, explicatio.

Hic duobus et viginti elementis vigintiduo claustra vel templa destinantur, quorum singula in duo et viginti

7. 26 *v. Ars mem. p. 167 Imbr.* 9 sint *G* 10 extencta (*sic*) *P*: extensa *G* 14 diuturua *P* 20 peragere *P* 23 succaede (*la prima volta*) *P* 24 Sminthaeum *PG* Cnidia *Ars mem.* 25 Athlantis succaede *P* 26 Hereboque *P* 28 elemōti (*sic*), 22 claustra *etc.* *P*

personarum sub una communi arte, vel operationis genere **544** uno, se exagitantium; receptacula distribuuntur ea, quae proprias peculiaresque operationes et actus vel sub templorum claustrorumque singulis depromunt, vel sub eodem vexillo certum in memoriae vel inventionis exercitatione opus exequuntur, ut in ipsis quatuor definita valeas elementa comtemplari, quorum primum est ex nomine atrii, secundum ex nomine sedis in atrio, tertium ex nomine artis, quartum ex nomine actus.

Ideo autem intelliguntur istorum alii degradari, alii exaltari, alii mutari, ut faciliorem viam retinendi prompteque examinandi, quid tali de singulis semel formata conceptione seu imaginatione referatur atque significetur.

Sigillus iste ad inventionem maxime usuvenire potest; per ipsum enim materiam, de qua considerandum, argumentandum et disputandum est, deducere possumus. Hoc enim ordine formis (quae | considerationis sunt obiecta, et **c 2v** quibus omnia metiuntur, discutiuntur et examinantur) generalibus 22bus, pluribus vel paucioribus, totidem speciales, sub illarum singulis cum propriis potentiarum operationumque modis reducibiles, subordinare valebimus. Claustra igitur atque templa similia, vel claustris templisque proportionalia, ad inventionis exercitationes iudiciique actus instituas, ni iis ipsis Zeuxim vel Daedalum super pingere vel super aedificare mavis.

---

4 depromant *G*   6 exequantur *G*   11 retinendi ⟨habeas⟩ *G*: *la lacuna è certa, ma incerto dove si debba segnare e come si debba supplire* 19 22bus *P*: viginti duabus *G*   24. 25 Dedalum *P*

Combinantis, qui undetricesimus est sigillus, explicatio.

Infinitarum syllabarum differentium multitudinem perpaucis quam commode imaginibus figurare Combinator iste perdocet, ubi tria proponit statuenda combinatoria: primum in quo consona sonantem praecedit, secundum in quo sonans consonantem praeit, tertium in quo inter duas tresve consonas media sonans quintuplici situs differentia designatur. Nos eo aenigmate, in quo im|plicatur **545** ars ad innumeras industrias viam aperiens, insinuavimus, ubi posita bestia in medio circuli vel quatranguli, vice multiplicis consonantis, ad quinque differentias multiplicem sibi sonantem adsciscit.

Irrugit haec aliud rutilum si spectat ad ortum,
Primum ostentanda est frons ubi solis equis.
Non pariter clamans, obtutum dant ubi sero **c 3ʳ**
Ultima, Phoebe, tui tergora quadrupedes.
Non simile est resonans, vigilem spectando Bootem
Nolano adstantem nocte dieque solo.
Haud pariter versa haec ubi tellus corpore denso
Obsistens lumen occulit Ursa tibi.
Diversum dictis quintum tunc intonat. in se
Non oblita sui cum fera tota sidet.
At si eius vocem saxosum prenderit antrum,
Flectitur unde aër restituendo sonum,
Aut tibi echo resonat, vel si contenderit usus,
Eversam reddent versa elementa notam.

Proinde sigillum istum ad quandam inventionis speciem maxime facere est manifestum, dum in duobus, tri-

1 Cobinantis *P* 2 sillabarum *P* 5 cō-|consona *P* 13 *sqq. v. Ars memoriae p. 176 Imbr.* 19 tullus *P* 22 sidet *P*: sedet *corregge G* 25 echo] vox *Ars mem.*

bus, quatuor vel pluribus circulis subordinatis certumque elementorum numerum comprehendentibus, per eorundem multiformes volutationes atque dispositiones, innumerabiles possumus serie quadam certa combinationum differentias accipere. Nos perfecte, quantum fieri potest, artem combinatoriam ex duobus tribusque elementis in libro De architectura Lulliana explicavimus. Tu ad eius similitudinem atque analogiam numeris aliis complendis combinationibus poteris adaptare.

Interpretis, qui tricesimus est sigillus, explicatio.

Sigilli universi, qui ad dictiones referuntur, et vocabulorum formativae rationes omnes, istius supervenientis sigilli possunt esse subiectum. Ni quippe | interpretationi c 3v
subiecta dictio praeextiterit, quî fieri potest ut aliqua ratione interpretem instituamus? Homini affecto ex patria, 546
loco proprio, arte, artis operatione et organo, per quae eius formationis est praesentativus, ibi quod significandum est accidere intelligatur, ubi et agens commode operetur et operatio proprius exequatur. Caetera, quae tricesimus sigillus habet, explicatione non indigent; illud tantummodo praestemus, ut tres pro paradigmate tabulas subinferamus ad hebraicum dictionarium maxima facilitate figurandum atque retinendum.

I	A.O.I.E.V	rex	magus	fons
II	B	princeps	pyromantus	porticus
III	G	dux	geomantus	pyramis

2 comprehentibus *P* 3 volutiones *P* 8 numeros alios *bene G*
19 proprie exsequatur *G* 25 Piromantus *P*

IV	D Dh	comes	arithmantus	lucus	
V	H	praesidens	hydromantus	patibulum	
VI	V cons.	iudex	aëromantus	laurus	
VII	Z	consiliarius	aruspex	antrum	
VIII	H CH	senior	augur	sedes	
IX	T	actor	hypnomantus	solium	
X	I cons.	secretarius	sortilega	columna	
XI	C CH	satelles	veneficus	altare	
XII	L	pontifex	stertomantus	fluvius	
XIII	M	sacerdos.	chiromantus	navis	
XIV	N	propheta	obtalmantus	falx	
XV	S	doctor	metoscopus	puteus	
XVI	H̄	lector	energumenus	lavacrum	
XVII	P PH	cantor	tinnomantus	mensa	
XVIII	T S	sacrista	astrologus	fornax	c 4ʳ
XIX	Q K	corbonarius	logomantus	terminus	
XX	R	lampadarius	odomantus	saxum	
XXI	SCH S	ostiarius	exorcista pytho.	specula	
XXII	T TH	custos	necromantus .	sepulchrum.	

Ibi ad elementorum triplicationem regem in atrii fontis primo cubili intueberis, ut tribuat Aaa, princeps in atrii portici secundo cubili dabit Bbb, dux in atrii pyramidis tertio cubili reddet Ggg. Similis de caeteris est ratio. Ad tres autem radicales varias designandas, facies, ut cum per regem in atrii patibuli tertio cubili habes AHG, per praesidem in atrii lucis duodecimo cubili Hdl.

---

2 Ydromantus *P* 8 e 7 cons⟨onans⟩ *om. G* 4 haruspex *G* 6 Ypnomantus *P* 9 stercomantus *G* 11 Prophaeta *P* ophthalmantus *G*, *ma cf. De compos. imag. p. 174, 14* falx *noi*: Flax *P*: fax *G* 16 carbonarius *male G*, *cf. p. 98, 17. 99, 23* (*da correggere De compos. imag. p. 173, 9*) 17 *forse* hodomantus 18 pythonis *G* 22 porticus *emenda G* 26 luci *PG*

Eadem de caeteris est ratio. | Atriorum singula duas et **547** viginti ad summum habebunt partes, quorum unumquodque eodem ordine distributas habebit sedes, dummodo prima sedes habeatur, a qua atrii denominatio desumitur, ut in atrio fluvii (quod signat L) prima sedes est fluvius, secunda fons, tertia porticus, quarta pyramis; in atrio fornacis, prima sedes est fornax, secunda fons, tertia porticus, quarta pyramis. Ita in aliis.

Ibi magus, pyromantus, geomantus et qui sequuntur, vel homines vel atria vel atriorum cubilia denominare possunt.

Tabulae isti adcommodata est figura quadrata, duobus et viginti constans ordinibus, quorum singuli totidem habent cubilia. Tu ad instar illius duas et viginti tabulas tibi substernas, in quarum ca|pite notam unius elementi, **c 4v** quod praesidem significat, apponas; in cubilibus ordinum singulorum successive per diametrum ab angulo dextro superiori ad sinistrum inferiorem alterius elementi notam inscribas, quod' ad ordinem denominandum instituitur; in singulis vero ordinum cubilibus illud tertio habes elementum, quod recta sursum vel deorsum, vel in ipsa sede inspicitur, ut ibi vel a praeside per singula duorum et viginti atriorum ad viginti duas domos, vel a singulis atriorum per viginti duas cuiusque domos in campum vel ad praesidem commode fiat accessio.

Secundae tabulae construendae typus.

I	aurifex	asinus	hebes
II	textor	bos	tardus
III	impressor	vulpes	astutus

---

23 *e* 24 ad 22. domos *e* per 22. cuiúsque *P*

IV	ferrarius	lupus	rapax	
V	stabularius	porcus	immundus	
VI	miles	ursus	ferus	
VII	consiliarius	cervus	fugax	
VIII	bibliopola	pica	loquax	
IX	musicus	talpa	caecus	
X	barbitonsor	hircus	salax	548
XI	crepidarius	canis	blanditor	
XII	caupona	leo	fortis	
XIII	pincerna	mulus	sterilis	
XIV	lanio	noctua	maleficus	c 5r
XV	pastor	serpens	maledicus	
XVI	agricola	gallus	excubitor	
XVII	olitor	felis	insidiosus	
XVIII	aleator	equus	furens	
XIX	magus	corvus	divinator	
XX	lictor	simia	histrio	
XXI	pictor	aries	ferax	
XXII	voluptuarius	taurus	iracundus.	

Huic tabulae adcommodata est figura quadrata, in qua vel ab angulo superiori (in quo spacium est pro singulari elemento) per media numerata et designata ad angulum inferiorem descenditur, dum unam bestiarum per omnes qualitatum species deducentes, ita in claustris artificum affici concipimus, ut significanda significet; vel ab angulo inferiori singulariter capto per eadem media ad angulum superiorem fit ascensus, dum unicus artifex per singulas duarum et viginti affectionum, in plures vel omnes bestia-

---

7 Hyrcus *P*   9 caupona] *cf. p. 158, 25 e a p. 99, 15*   17 Symia *P*
21 spatium *G*

rum species in suis atriis ita commigrabit, ut haec quae sunt adsignificanda, praesentet. Tu ad illius similitudinem duas et viginti figuras ordinabis, in quarum angulis superioribus vel inferioribus singula per ordinem inscribas elementa, opposito angulo existente vacuo pro iis designandis elementis pluribus, quae in tertium a primo per media accipiuntur.

Tertiae tabulae construendae typus. c 5v

I	doctrina	venator	laqueus, canis et XX alia
II	domus	olitor	cribrum, asellus et XX alia
III	plenitudo	pistor	frumentum, farina et XX alia
IV	tabulatum	pastor	bos, ovis, sus et XIX alia
V	vanitas	coniux	puella, lectus et alia XX 549
VI	concordia	medicus	confossus aeger, oleum et alia XX
VII	oblatio	faber lignarius	serra, securis, malleus et reliqua
VIII	vita	miles	equus, lancea, scutum et XIX alia
IX	bonum	caupona	olla, cacabus, veru et XIX alia
X	principium	pincerna	cyathus, amphora et XX ⟨alia⟩
XI	manus virtus	gerulus	saccus, dolium et XX alia

11 Holitor *P* 13 Plemtudo *P* 20 e 26 al. *e* ali. *P* 21 Fab. ligna. *P* 22 et rel. *P* 28 ⟨alia⟩ *om. P* 29 virtus *om. G*

XII	disciplina	musicus	tympanum, tuba, lyra et XIX alia
XIII	ex quo materia	scriptor	liber, folia et XX alia
XIV	sempiternitas	fur	aurum, vestis et XX alia
XV	adiutorium	agricola	falx, iugum et XX alia
XVI	fons oculus	sigillator	frons, arca et alia XX
XVII	os	faber vulc.	incus, folles et alia XX
XVIII	iustitia	sutor	acus, forceps, linea et XIX ⟨alia⟩
XIX	vocatio	lanio	bos, machaera, aries et al.
XX	caput	tonsor	scyphus, sedes, speculum etc.
XXI	deus	piscator	hamus, tridens, retia et XX alia
XXII	signum	sacerdos	thuribulum, vitta, mitra.

Praesenti tabulae figura quadrata adcommodatur, in qua duplex a medio singulari (pro quo est spacium designatum, ut in paratis viginti duabus figuris viginti duo valeas elementa inscribere) fit progressio, vel per notas absolutas ad ipsas numeratas, dum artifex ministerve medius vel per singula viginti duorum atriorum ad multiplex cubile proficiscitur, vel per notas numeratas ab absolutas per multiplex cubile numeratum in atrium regreditur.

---

1 Timpanus *P* 2 *e* 20 al. *P* 9 oculus *om.* *G* archa *P* 11 vulcanius *G* 11 ⟨alia⟩ *om.* *P* 15 machera *P* 16 et alia XIX *G* 20 XX] et 20 *P*: et XIX *coregge* *G* 22 mytra *P*: mitra, ⟨etc.⟩ *G* 24 spatium *G* 25. 26. 28 paratis 22bus figuris, 22. valeas, 22rum atriorum *P*

Hic sunt per nomina hebraicorum elemento|rum desi- c 6r
gnata atria, quorum singula totidem artes complectuntur
et exercitia, ad quorum singula viginti duo referuntur 550
organa vel actiones, ut trium radicalium hebraicorum terminorum signa adipiscare. Facili enim additionis atque subtractionis opere facile caeteris (quae non sunt plurima) radicibus et non radicibus adsignificandis providebis.

De explicatione deductionis multiplicis formarum non sensibilium de sensibilibus.

Quot, quibus qualibusque modis formae non sensibiles per eas quae sensibus patent figurandae, notandae atque retinendae sint, non modo hic, sed et aliis in locis amplius expressimus, copiosissime autem in uno de Clavis magnae voluminibus, quod Sigillorum sigillus intitulatur; ubi non solum docemur non sensibiles de sensibilibus, sed quascunque de quibuscumque, ad omnes animi operationes, ex naturalibus, ex artificialibus et fortasse divinis quodammodo principiis, formas elicere. Ipsum plurimis gravibusque causis praesenti pertractationi continuamus.

Explicationis minoris triginta sigillorum
FINIS.

PHILOTHEI IORDANI BRVNI NOLANI

SIGILLVS SIGILLORVM

AD OMNES ANIMI DISPOSITIONES COMPARANDAS HABITVSQVE PERFICIENDOS ADCOMMODATVS.

---

1. Haec mihi inter alia divinus ille spiritus, qui sordidis unquam non conquievit ingeniis, insinuavit: haesitanti tibi et ad rem ipsam penitus inflammanti, illud principio intentandum, ut ipsum a quo excitaris exterius et incitaris interius primum proximumque Deum colas, principem magnifices, numen invoces et lumen adspicias.

2. Tria subinde in arte humana omni esse debere memento: singula primo sapienter priusquam fiant excogitentur, secundo mature strenueque expediantur, tertio ea quae excogitata expromptaque sunt serventur atque viriliter defendantur.

3. Hinc tres Deos artibus omnibus praesidere tradit antiquitas: Pallada, Vulcanum et Martem. Haec est opifica quaedam numinum trinitas, Iovi summo rerum architecto semper adstans, ita ut | quemadmodum trinitas tota ad Iovem, ita Vulcanus et Mars ad Palladem. c 7v

---

7 paenitus *P* inflammato *G* 13 singula primo] primo singula *G*: singula 1. (*e similmente* 2. mature *e* 3. ea quae) *P* 18 opificia (*sic*) *P*: opifex *G*

4. Horum trium in arte divina regnantium tria quoque in natura videmus esse vestigia: Palladis vestigium ordo quo res disponuntur, Vulcani velox progressus et prompta quasi ad partum properatio, Martis structura a generantibus tradita genitis.

5. Ita singula quoque a perenni fonte 1. effluunt, 2. nascuntur, 3. dum originem suam repetunt, in eundem refluunt: 1. fiunt, 2. adolescunt, 3. perfi|ciuntur; unde idem **554**
principium, medium et finem vocavit Orpheus.

6. Ad hoc sane provocandum atque tentandum te cogit necessitas, per quam in discrimine positus homo. appetit attrectatque pennas (ut aiunt) diluculi, ita volente Iove, qui ne humanum torpeat ingenium vividaque illius emoriatur * * *, duris rebus urgentem addidit egestatem.

7. Memento Prometheum non placuisse Diis, utpote qui Deorum thesauros spargens, in torporem genus humanum concitare videretur, aut qui promiscue dignis et indignis quiddam excellentissimum commune faceret.

8. Habeas ergo tu tecumque pauci salutaris istius nectarëi liquoris gustum, quo, cum Lethaei fluminis lethargicos humores penitus expurgaveris, facile primo coelestem cum Diis coelestibus vitam, mox su|pracoelestem cum supercoe- **c 8r**
lestibus circuitum prosequare, unde cum copia attoniti vulgi iacentes Carneadem, Cineam et Metrodorum non altius intuebere consistentes.

9. Etsi tempus Pythagoricum indocilissimum omnium atque stultissimum (quandoquidem per ipsum omnia obli-

---

7 eandem *male* G 8 Primo fiunt, secundo adolescunt *etc.* G perficūtur *P* 14 *indichiamo una lacuna*: ⟨vis⟩ *G* 20 tecum *G* 22 poenitus *P* 25 Cycneam *PG* Methrodorum *P* 27 *sqq. cf. Simplic. in Aristot. Phys.* (222^b *17*) *p. 754, 6 sqq. Diels*

vione deleantur) comprobes, Simonidis quoque tempus (cuius beneficio omnia quaeruntur, discuntur, inveniuntur, obliterata reclarescunt praecisaque repullulant) non improbabis.

10. Cunctis, pro sufficientia, exquisitas alas tribuit natura, perpauci vero admodum sunt, qui eas norint explicare ad eum aërem dividendum atque pulsandum, qui non minus pulsandus ad volatum conducit atque praestat, quam dividendus obesse videtur; postquam enim ipsum laborans dividendo commoveris, ipse non ingratus te fulciendo promovebit.

11. Obiiciuntur nobis res, signa, imagines, spectra vel phantasmata. Quorum differentiae sunt odibile quod est deforme et malum, et appetibile quod est pul|chrum et **555**
bonum, et composita ex duobus vel tribus horum, amabile bonum, odibile deforme; item captu facile, quod est nec excellens nec deficiens sensibile cum abstracto intelligibili, et captu difficile, quod est remissum vel excessivum sensibile et sua natura maxime (cum sit sine abstractione) intelligibile.

⟨12.⟩ Quibus mediantibus natura ornat sensum, concu- **C 8v**
piscentiam, intellectum et voluntatem, unde prodit videre, tangere in genere, imaginari, cogitare, primum memorari, ratiocinari et intelligere, unde nascitur secundum memoratum, quod intellectus adeptus et in habitu consuevit appellari. Quibus adiicitur formatio, cuius species sunt: opinio in genere, aporia, scrupulus, syndaeresis, fiducia et illectio in genere, quae excitat voluptatem, ambitionem, curiositatem et fiduciam, et profligatio quaedam incitans

---

1 Symonidis *P* 3 precisaque *P* 5 alas *G*: alias *P* 21 *il numero manca in P* 23 memorare *G* 27 synderesis (*sic*) *P*: synteresis *G*

in abominationem, terrorem et horrorem. Quae omnia pariunt hinc electionem et fugam, inde assensum et dissensionem.

13. In iis est simplex apprehensio vel conceptus primus, numeratio, mensuratio, ponderatio, divisio, distributio, distinctio, ordinatio, definitio, propositio, argumentatio, intellectio, quae est simplex conceptus secundus et (quam ita placet appellare) mentatio.

14. Istis eo pacto a nobis dispositis et a te, ut intelligi debent, intellectis, illud est mente perpendendum, [quod] eorum, quae natura fiunt et quorum reddi facile possumus contemplatores, primum ideas, ad quarum exemplar universa quae sunt genera, generumque species producuntur, in primi opificis mente praexistere, moxque sub illis aut individua pro eorum incorruptibilitate speciem praeferen-
tia integram, aut in fluctuanti materia succes|sione et dis- d 1r
tributione quadam continuantia atque multiplicata, ordinibus quibusdam emergere in lucem. Haec inquam a prima mente primo comunicantur intellectui, per quem in naturam prodeuntia (postquam in archetypo immenso quo-
dam prae extiterant modo) fiunt quasi margine quaedam 556
inclusa et ita naturaliter subsistentia.

15. Hic per sensus, quasi iannas quasdam, e metaphysicis redduntur physica, ex physicis fiunt rationalia et interioribus hominis discutienda sensibus, ubi immaterialiores perpetuanda subeunt facultates.

16. Itaque a mundo supremo, qui est fons idearum, in quo dicitur esse Deus vel qui dicitur esse in Deo, descensus est ad mundum ideatum, qui per illum et ab illo

---

10 quod *om.* G 12. 13 universa, quae sunt genera generumque species, producuntur G 15 preferentia P 19 communicantur G 21 quaedam *emenda* G 23. 24 methaphysicis P

dicitur esse factus, et ab isto ad ipsum, qui utriusque praecedentis est contemplativus, quique ut est a primo per secundum, ita cognoscet primum per secundum. Unde circuitu quodam fit a primo ad tertium discursus, et a tertio recursus ad primum, vel (si mavis) reflexione quadam a primo ad tertium fit descensus, a tertio ascensus ad primum per medium.

17. Quam mirabile erit opificium tuum, si opificio utriusque naturae conformabere; si vero excors et errabundus efficiare, e contrario confusissima opple|bere caligine, d 1v quam umbram mortis appellant. Sic memoria et intellectu mundi triplicis fabricam atque seriem, non sine iis quae continentur in eo, concipere valebis atque parere. Uti uterum ipsum atque matricem admirandam propaganti lumini exposueris ab hespero vel ab ortu, a merinoctio vel a meridie, ita occurrens ipsum amplecteris.

18. Illud subinde non praetereundum, quod veluti naturaliter sensus eorumque organa, facultates et actus ad unum quasi centrum reducuntur, unde proximum phantasiae atrium formis memoriae cubile per cogitativae triclinium subeuntibus colant; haud secus per bene placitum memorari cupienti operae pretium est ordine eodem attrectare viam. Ideo enim quaedam millies visa atque audita importunius te fugiunt, et quaedam semel et obiter sensibus iisdem attacta, ubi aeternum sunt actura aevum, memoriae penetralia cap|tant; quia haec ab ipsa phantasia 557 obsorptum, per cogitativam digestum habent, illa vero aut neglectum in foribus dispersere, aut ullo sine pipere intrusum non minus perdidere.

19. Haud igitur temere oblivionem insensationem

---

22 opere praetium *P* 27 absorptum *G*

quandam appellavit Socrates, qui [illegible] quandam appellasset [illegible] [illegible]. d 2r

20. Si [illegible] phantasia [illegible] [illegible] Musarum [illegible].

21. Excitari ergo [illegible] phantasia [illegible] affectum [illegible] admirantes et ad [illegible] forma [illegible]. Porro fortiores atque vehementiores [illegible] atque vehementius impressam.

22. Hos autem si vel [illegible] natura [illegible] affectu. In istis enim exercitati [illegible] ad [illegible] sed et ad intelligentiam et quantum per hominem fieri potest [illegible] pro viribus [illegible]. Confirmatur hoc, quod populi et gentes, quibus [illegible] et [illegible] sunt [illegible] et [illegible] apprime impios, aut si se vertant [illegible] atque [illegible], apprime religiosos habes. ubi idem materiale principium summam ad virtutem pariter proximum esse atque ad vitium potes agnoscere.

23. Hunc autem [illegible] affectuum, [illegible] et d 2v

11 [illegible] G [illegible] G 12 [illegible] F
13 [illegible] G 20 intelligentiam et quantum F

effectuum parentem (qui proxime allata causa geminus est) daemonem magnum appellavit antiquitas, quem si 558 tibi affabre conciliaveris, omni procul dubio nil tibi supererit difficile. Itaque, prout expedit, explicavimus, unde quasi per artem non solum rerum memoriam, sed et veritatem atque sapientiam per universum humanam possis assequi.

Prima cautela.

24. Verum ad haec, praesertim vero ad Hesperidum genitricem, cautelas minime non necessarias explicemus. Quarum prima inde desumenda est, quod eorum quae sensibus internis (quibus formas adfigere consuevimus) praesentantur, quaedam sunt figurae, idola, imagines, simulacra, exemplaria pura vel virtute machinantis phantasiae confusa, disiuncta, compacta, ordinata; quaedam vero ex istiusmodi quasi parturientibus in sensum phantasticae facultati succedentem iniecta. Primi generis extant de sensibilibus iis, quae secum innotescendi trahunt facultatem, accidentibus indumenta subsistentium compositorum; secundi generis affectiones quaedam, quae cum non sint indumenta compositorum, minime quidem per se se, verum cum illis atque per illa in cogitationem, praesentem intellectum atque memoriam ingeruntur.

25. Phantasmatum igitur (quorum speculatio necessa- d 3r ria fertur) concinnare species oportet, ut felix in actibus succedentium potentiarum habeare; adaptantur autem, cum tales redduntur, quae per se ipsas valeant formas non sensibiles accire. Eiusmodi vero quomodo effingas, si nosse

---

5. 6 verietatem *P*

cupis, optimum naturae ducis consule magisterium, quae ab extrinseca lupi figura et visibilibus duntaxat delineamentis, inimicitiae apprehensionem mortisque metum internis ovis sensibus intrudit. Id considerasse est principium, quo memoria concipit et pro tempore paritura retinet, et quibusdam levibus speciebus per oculum, animi affectus varii commoventur.

Secunda cautela. 559

26. Caveto subinde, ne corporeo organo (ut fama est) memoriam alligatam existimans, quasi ipsam in introspectum provocans, animae facultatem contrahas. Id quidem advenit iis, qui clausis oculis spiritum in caput accersentes, reminiscentiam sibi comparare et praeterlapsas revocare vel confusas discutere implicatasque excutere species autumant. Haud enim ea ipsa actio dissimulat animum inde ad suam operationem magis atque magis hebetari; quanto enim plus insistunt et urgent, tanto amplius redduntur immemores. Mitto aliorum animi affectuum suspectam et superciliosis damnabilem con|siderationem. d 3v
Hîc modo miselli manum fronti admovent, nunc occiput percutiunt, iam digito testam scalpunt, et tamen hoc ipsum continua testatur experientia, quod quae prius reminiscendi spes aderat, interimitur.

27. Et certe nescio quid sacramenti sit in manu, quae temperatius sobriusque enutrito et minime laboranti divina conciliat insomnia, concupitarum revelationum pro-

---

2. 4 *cf. Lampas trig. stat. p. 141, 7. 253, 7* 11 anime *P* 13 preterlapsas *P* 14 implicásque *P*, *che può essere anche corruzione di* implicitasque 16 animam *corregge G* 21 testam] '*italice pro* capite vel cranio' *annota G*

vocat aspectum, et earundem enutrit servatque memoriam; capiti vero dormientis supposita vel mox evigilanti admota, aut prorsus insomnii memoriam corrumpit, aut etiam si somniasse recordetur, quid tamen somniarit, illi non subibit; quod si tamen minor minusque tempestivus fuerit attactus, aegre recordabitur et mutilatim. Et novimus per se manifestum esse (quantumvis paucis notum) insignis stultitiae signum in iis, qui per universum a capitis non temperant contactu per propriae manus admotionem. Et vix capio mysterium de quibusdam Galilaeis, qui repente in summos evasere theologos, et alios manuum impositione in eamdem sufficientiam promovebant. Cavendum porro censeo, ne sine delectu alienae manus in caput admittantur. Sed eo, unde prolapsi sumus, redeamus.

28. Ne inquam putes per introspectum quemdam po- **560**
tius quam adspectum seu prospectum memoriam fieri vel comparari; effusione enim quadam pro|venit, qua non in- **d 4^r^**
quam ex oculis, sed ex innominata quadam animi facultate, quae in genere intentionis vel intendentiae cuiusdam habetur, et sepositum velutique seorsum positum intuetur. Et nimirum quod experimur rem pupillae impositam non discerni, remotiorem vero posse, tanto magis ad animam est referendum, quanto ipsam plus a materiae finibus elongatam novimus. Adhibeto igitur intervallum; quomodo enim occurret tibi (ait unus de principibus philosophis) quam magnum est caelum, cum forma intus accepta tanta esse non possit? Memento igitur, non ea quae sunt in nobis, sed res ipsas per ea quae sunt in nobis esse inspiciendas; quamvis enim animae praesens adsit imago, non

---

5 intempestivus *G* 10 misterium *e* Galileis *P* 12 eandem *G* 15 quendam *G* 20 et *om.* *G* 21 impositum *G* 26 sit coelum *G*

tanquam ipsam, sed tamquam per ipsam aspicientes intendamus animo. Temere enim eorum, quae sensus perceperat, quasi figuram quamdam opinaberis in animo servari, ut animus inde figuretur et veluti quoddam admittat impressionis vestigium; sequens enim species ad figurandum animum accedens, necessario praecedentem alteram delesset.

Tertia cautela.

29. His adde quod Eurydice, dum retro ad inferos respicit, luce privatur avita, et Orpheus ipsa; | quis enim d 4v
impune, quae obiere, mente repetet? Quis admovens manum ad aratrum et retrospiciens aptus est ad metam? Simpliciore singularique intentione magis, simplicissimaque maxime proficit animus, qui unitum saltem pro facultate efficit, quod unum reddere non poterat. Huc pertinet illud nostrum:

Evadens caecam sensuum pentapolim
Non apta ad superandum montis verticem
Conversa retro nata Lotho in Sodomam
Haesit, in insensatum versa lapidem.

Debilitatur Mnemosyne nostra desipitque remis non 561
petita pariter atque velis. Ne igitur una facultate in puppim, altera vero recumbat in proram, ab alieno interim desistant opere; neque turbent, potentiae opem ferre minime valentes. Satis apertum, quam facilius accuratiusque sopitis externis sensibus interiores nobis sensus insinuent, nec ulli dubium est, quemadmodum maxime ad aliquid inspiciendum intentus eo auditu redditur hebetior. Externo

---

2 e 6 percaeperat e accaedens *P* 8 Euridice *PG* 18 Loth *P*
20 Mnemosine *P*

quoque lumine orbatus Homerus adeo interno valuit acumine, ut in ipsum tum divinitus tum partas humanitus artes unus de principibus philosophis concurrisse asseruerit. Virtute corporea deflorescente animi virtutem florescere intellexit ille, qui virtutem in infirmitate perfici credendum proposuit.

Quarta cautela. d 5r

30. A Circaeis demum veluti poculis abstinentes, caveamus ne animus a sensibilibus speciebus illectus, ita sui in ipsis fixionem faciat, ut intelligibilis vitae privetur delitiis, vinoque affectuum corporeorum et vulgaris authoritatis (quae cum pulsaverit aures sine divino vel rationis lumine, non absque aeternae vitae discrimine in nobilissimum consensus nostri triclinum introducitur) ebrius, perpetuo in praesumptuoso ignorantiae domicilio titubando pernoctet, ibidemque turbatae phantasiae velut insomniis exagitatus, amissis connatis alis intelligentiae, proruat, et Protei contemplatus vultum, nunquam concinne formatam, in qua conquiescat, speciem inveniat. Desinamus igitur, desinamus eas, quae veluti rerum sunt umbrae, a sensibus obiectas species admirari, et illud in nobis caveamus, ut ad auscultandum domestici in animo intellectus agentis affatum regrediamur. Hîc enim Deorum dapes habentur, qui iam iamque pulsantes ad ostium, ut nobiscum prandeant, convenere. Illud etiam caveamus in obiectis, ut consi|deremus, numquam ad amussim imagines exemplari- 562
bus respondere, eaque de causa ut minus explicatum et

---

8 daemum *P* 11 deliciis *G* 11. 12 auctoritatis *G* 13 *senza interpunzione P* 14 triclinium *G* 18 Prothei e nūquam *P*

certe (ut esse potest alienum ens ab eo quod est entis, accidens a substantia, sonus ab eo quod resonat) diversum et aliud. Haud enim quod concipi debet de veritate rerum, ab ulla sensibili | specie satis exprimi potest, sed d 5v veluti per nutum suis accidentibus se nobis essentia rerum insinuat. Eademque nos verbis nostris adhuc amplius deficientibus, veluti per notas et signa quaedam non satis exprimimus. Qua de re Pythagorici, Plato et qui negativam meditantur theologiam, omnem dictionem a divina praedicatione denominationeque abigendam existimant, ut quidquid (etiam perfecti) de rerum principe dici et cogitari potest, idem per adcursum ad eminentissimam inattingibilemque rationem proprie etiam negari debeat.

DE QVINTVPLICI ET SIMPLICI PROGRESSIONIS GRADV.

De primo progressionis gradu.

31. Ad haec quatruplicem potentiarum cognoscitivarum progressum ita regulare debemus, ut a sensu, qui est circa corpora, ad phantasiam, quae circa corporum simulacra versatur, ab hac ad imaginationem, quae circa simulacrorum consistit intentiones, et inde ad intellectum, qui circa singularum intentionum naturas comunes meditatur, sine errore conscendamus. In iis sensus infimum obtinet cognitionis gradum eiusmodi progressus, quia alia tantum attingendo efficitur, ideoque rectae lineae comparatur, intellectus autem circulo; omnino enim sua et circa se ipsum contemplando operatur. Ratio ve|ro media habet d 6r

---

16 progessionis *P* 17 e 22 quadruplicem e communes *G* 25 afficitur *G*

actum nec pure rectum neque circularem, et ideo obliquae lineae eius pro gressio adsimilabitur. Ad sensum quidem 563 pertinet, quae extra animam sunt non quidem plane cognoscere, sed potius cògnoscenti nunciare; ad imaginationem vero non solum ea cognoscere, sed etiam ea quae sunt in anima, utpote sensuum actiones; ad rationem praeterea se ipsam investigare; ad intellectum autem et se ipsum cognoscere. Sensum quidem (quia sentimus semper) iudicamus esse nostrum, de intellectu vero ambigunt Platonici, et quia eo non semper utimur, et quia est separatus, separatus inquiunt, quia non ipse annuit ad nos, sed potius nos ad ipsum superne aspicientes. At fallunt et falluntur ita dicentes; magis enim convenit, ut intelligamus et ipsum ad nos et nos ad ipsum adpellere, unde et ille noster et nos illius. Nos quidem semper illius, quia nos semper illuminans perpetuo praesentes habet, quantumvis non ille nobis perpetuo praesens, et consequenter non semper ille noster, quia non semper intendimus, nec semper illuminamur. Nos igitur perfecte habemus sensum, licet eo perfecte non utamur; perfectissime habemur ab intellectu, qui sine intermissione in nos agit; mediae vero potentiae, quae ab imaginatione universaliter dicta denominantur, secundum quid nos habent et a nobis habentur. Formae rerum in mente sunt omnino essentiales; formae illinc ab aevo rationi impressae, sunt quasi essentiales; quae noviter et quotidie a mente resultant in ratione, minus adhuc essentiales iudicantur; | quae in d 6ᵛ rationem ab imaginatione eduntur, sunt quasi accidentales; quae a sensibus in imaginationem, eae prorsus accidentales existunt. At illud hic non est dissimulandum, quod dupli-

1 circulare *P*   10 utimur, (*om.* et quia est separatus) separatum inquiunt *G*   23 Forme *P*   24 impressae sunt *G*   25 et *om.* *G*

citer dici sensus consuevit: inferior videlicet, hicque est quo non natura rei vel qualitas ulla discernitur, sed affectio quaedam dumtaxat a corporeis qualitatibus illata sentitur; et superior, qui naturam qualitatemque persentit. Primus stupidus est et veluti dormiens, plantis quoque conveniens, secundus animalium tantummodo proprius per|hibetur. Est **564** porro et tertius quidam modus, quo sensus significat. Epicurus enim cognitionem omnem appellat sensum, Democritus et Empedocles intellectum, Pythagorici mentem et spiritum altorem, ipsumque intelligunt esse in omnibus pro sua ratione. Et certe ex nostris principiis nos haec omnia in unum concurrere principium iudicamus. Mens enim, quae universi molem exagitat, est quae a centro semen figurat, tam mirabilibus ordinibus in suam hypostasim educit, adeo egregiis technis intexit, exquisitissime plantas lapidumque adhuc spiritu vitae non carentium venas characterizat et impingit, a quibus omnibus animales virtutes effluere satis est compertum iis, qui in naturalium consideratione non caecutiunt. Hic si tua contemplatio insistat, non frustra te sensu praeditum esse crediderim.

De secundo progressionis gradu. **d 7r**

32. Duplicem subinde in nobis esse imaginationem considerato: primam quidem in anima ratiocinantem experimur, discursionis iudiciique compotem, rationique quodammodo similem; secundam vero in anima, seu vita, in nobis ratione carentem, ab hac impressam; quae quidem imaginatio non tam ratione utitur et discursione, quam

---

7 significat, *meglio* significatur 14 hipostasim *P*: hypostasin *G* 15 aegregijs *P* 17 caracterizat *P* 19 His *G* 25 Secumdam *P* 25. 26 vita in nobis, ratione *G*

fertur instinctu quodam circa corporis passiones, et tanquam communis sensus principium est sensuum reliquorum. Secundam harum dicunt Platonici et Aristotelici esse in brutis sine prima. Sed haec dictio magis voluntaria est et fidei credulitatem exigens, quam ut vera probari possit et rationem convincere. Facilius enim est carpere, quam demonstratione concludere intellectum in omnibus pro sua ratione non inditum et insitum, individuamque mentem magis intimam esse rebus quam ipsas dividuas sibi posse, eamque ita foecundam esse, ut in omnibus pro captu proprium pariat intellectum, quem libere sensum mentemve propriam vel instinctum possis appellare, dummodo bene sentias. | Sicut enim nullus color est actu sine luce, **565**
licet alius magis, alius autem minus explicet se se, ita nihil sine intellectus participatione quoquo pacto cognoscit; illam enim pro rerum diversitate et multitudine specierum in omnia quadam | analogica progressione descendere dicimus, **d 7v**
sensum vero ascendere, imaginationem quoque hinc, rationem autem inde descendere pariter et ascendere, ita ut eadem virtus et cognoscendi principium idem, a diversis functionum et mediorum differentiis, diversas recipiat nomenclaturas. Hinc forte Plotinus (qui distinctione ab ista non abhorret: si non ex toto, magna tamen ex parte nobis consentire videtur) tertiam quamdam imaginationis speciem collocat in parte vegetali, eamque negat esse discursionem per formas sicut prima, et intuitum formae sicut secunda, sed formae intus vigentis in se ipsa expressionem et impressionem in materiam, ubi naturalis actio tamquam imaginatio quaedam et substantialis quidam agens

---

5 approbari *G* 10 fecundam *P* 15 illam *P*: illum *G* 23 abhorret, ⟨ac⟩ si non *G* 24 quandam *G* 25 vegatali *P* 29 tanquam *G*

esse perhibetur. Huic sententiae affinis est illa, quae vult naturam illam esse intellectum infusum et intus operantem. Et certe a non imbecilli connexione, unione et forte unitate et identitate quadam provenit, quod a facultate elementativa vegetativa perficitur, ab hac concupiscentia et sensus, ab iis ratio et imaginatio, a quibus tandem voluntas atque intellectus; ex quibus demonstrative concludi potest, quod si in sensu sit participatio intellectus, sensus erit intellectus ipse. Haec enim transfusio virtutis ab una potentia in aliam non est materiae, sed formae. Et difficile est videre, quomodo forma formae continuetur, et quomodo forma citra materiam natura vel ratione sit dividua; una igitur simplex essentia | unius primae totalis et simplicis **d 8^r^**
est efficaciae, quam in subiecto dividi, distingui et multiplicari necessum est, et unum idemque diversas a diversis actibus accipere denominationes, ut dicatur: sensus in se sentit tantum, in imaginatione persentit etiam se sentire; sensus quoque, qui iam quaedam imaginatio est, imagina- **566**
tur in se, in ratione imaginari se percipit; sensus, qui iam ratio est, in se argumentatur, in intellectu animadvertit se argumentari; sensus, qui est iam intellectus, in se intelligit, in divina autem mente intelligentiam suam intuetur; mens autem divina in sua essentia viva possidet et invenit universa, et intellectum usque ad materiae profundum illuminat. Hic est lux, qui in densissimis tenebris, utpote in profundo materiae, lucet, et amplior quam ut a tenebris possit comprehendi et superari; in natura autem aequalitatem et proportionem quandam pro specierum capacitate servat; sicut enim tenebrae eius, ita et lumen eius. Id in-

---

5 elementativa, vegetativa *P* 8 participatio *G*: participatione *P* 9 trāsfutio *P* 21 est] et *PG* 25 quae *G*

telligunt cabalistae, ubi dicunt: 'non est qui se abscondat a calore eius, attingit a fine ad finem, a radice scalae ad culmen, vel a culmine ad radicem, et tenebrae non obscurabuntur a te', et alia plura.

De tertio progressionis gradu. d 8v

33. Supra imaginationis actum, qui est circa mobilia mobilis, esse rationis actum circa inmobilia mobilem, et supra hunc circa immobilia prorsus inmobilem intelligentiae actum considere, cantant Platonici. Ipsam vim stabilem esse intellectum proprium aiunt, cui comunissima certissimaque artium scientiarumque principia, ipsamque rerum opinionumque diversitatem ad urnam trutinamque revocare, et per vim intellectus, semper omnia et subito contuentis, subito convenit quippiam intueri. At inquiet alius: cur non rationem ipsum esse intellectum nunc et hic subito contuentem, tunc et ibi discursiones progressionesque argumentando fundentem dixerim? Differt nimirum servus a principe, practicus a theorico; sed quid impedit, quominus unus idemque hîc serviat, ibi praecipiat, nunc speculetur, tunc operetur? Et sicut eamdem dicis essentiam, cur non eamdem dixeris essentiae vim, quae pro materiae, | organorum actuumque varietate ad diversos 567
promoveatur actus? Nonne unum idemque lumen contrariarum diversarumque qualitatum se prodit expressivum? Actu unus idemque calor, una eademque caloris vis, non solum diversa in diversis, sed et contraria in contrarie dispositis operatur. Diversamne contrariamque caloris

---

1 dicunt *G*: .d. *P* 2 schalae *P* 4 te *P*: se *G* 7 immobilia *G* 8 in|mobilem *P*: immobilem *G* 10 communissima *G* 14 conveniat quidpiam *G* 20 eādem *P*: eandem *qui e nel verso seguente G*

dixeris vim, qua cera lique'scit, lutum durescit; haec cre- e 1r
scunt, illa decrescunt; intereunt haec, illa reviviscunt? Numquid genere diversis et sub eodem genere specie differentibus effectibus, genere specieque diversis actibus virtutes pariter diversas atque differentes in caloris natura collocabimus?

Cur ubi Plotinus dixit inter imaginationem et intellectum geminam primae rationis speciem, alteram speculativam surgentem ad intellectum, alteram activam ad imaginationem potius declinantem, quarum activa semotior est a mente, in labore posita et quodammodo serviens externis, speculativa autem contraria se habet ratione; cur inquam non dixerim, eamdem potentiam hic et nunc passivam, laborantem, declinantem, tunc et ibi adsurgentem, non laborantem et activam? Eadem certe naturae vis est, qua terrae pars in suo loco quiescit vel naturaliter commovetur, et qua ad suum locum seposita adnititur atque fertur; specie tamen motus alter ab altero differt. Cur ubi triplicem tangit rationem (primam summam et idealem in intellectu, quae ipse est intellectus, cuius neque esse neque actio est in materia; secundam seminalem in animae ipsius natura, cuius non tam esse quam actio sit in materia; tertiam formalem, id est substantialem corporis formam, cuius et esse et actio simul est in materia), ibi non dixit rationem simplicem tripliciter pro subiectorum varietate se habentem?

De quarto progressionis gradu. e 1v

⟨34.⟩ Supra rationis actum intellectus actum collocant,
quem duplicem esse aiunt; sicut enim super animam quasi 568

12 habeat *G* 13 eandem *G* 28 ⟨34.⟩ *om. P*

corpoream est ipsa simpliciter anima, ita et super intelligentiam animalem est ipsa simpliciter intelligentia. Quibus addimus ad unum idemque virtuale principium referri vocem, quae ab organis vocalibus formatur, ubi velut in se ipsa et sua origine est, et eam quae est in aëre, et eam quae est in organis auditus; ibi est producta, ibi effusa, ibi persentita; quis ideo dicet aliam esse vim, qua procedat, aliam qua progrediatur et effundatur, aliam qua audiatur? Item innumerabiliter et infinite multiplicem secundum numerum, quia infinitis sensibus numero distinctis, si adsint, ingeritur. Ad unum idemque virtuale principium refertur lumen in sole, ubi est velut in se ipso et velut absolutum, lumen ⟨in⟩ aëre medio seu aethere, et lumen in illuminato corpore; et ideo desinit esse in corpore, si desivit esse in medio, desinit esse in medio, si desinat esse in hemisphaerico horizonte.

Unum ergo proprium subiectum unam simplicem radicem et unum virtuale principium recognoscit. Hinc fiat proportionale iudicium de intellectu primo ad alios intellectus, de primo superiorique cognitionis gradu ad alios cognitionis gradus. Una lux illuminat omnia, una vita vivificat omnia certis gradibus a superioribus ad inferna **e 2r**
descendens, et ab infernis ad suprema conscendens; et sicut est in universo, ita est et in universi simulacris. Atque altius conscendentibus non solum conspicua erit una omnium vita, unum in omnibus lumen, una bonitas, et quod omnes sensus sunt unus sensus, omnes notitiae sunt una notitia, sed et quod omnia tandem, utpote notitia, sensus, lumen, vita, sunt una essentia, una virtus et una operatio. Essen-

---

11 Ad unum, demque (*sic*) *P*   13 ⟨in⟩ *om.* *P*   16 hemispherico orizonte *P*   24 simulachris *P*

tia, potentia, actio; esse, posse et agere; ens, potens et agens est unum: ita ut omnia sint unum, ut bene novit Parmenides unum omne et ens. Principiare autem principiatum esse, facere fieri, illuminare illuminari, superius et | inferius non ens sunt, sed entis, non sunt id quod unum, **569** sed ea quae unius, vel ex uno vel de uno.

Haec non quia de istarum rerum natura hic considerandi locus habeatur, tractasse volumus, at vero ut in omni multitudine unitatem, in omni diversitate identitatem tentare, meditari et efficere doceamus. Qui enim non disponit, quaerit, intelligit et facit unum, nihil disponit, nihil quaerit, nihil intelligit, nihil facit; qui ex multiplici sensu et multiplici cognitionis gradu unum sensum simplicemque unam cognitionem non est adeptus, nullum possidet sensum, nullam cognitionem; qui tandem ipsam non cognoscit et per eam non operatur, nihil cognoscit et nihil operatur. Pro gradibus autem participatae unitatis quidam participative cognoscunt et agunt.

DE MVLTIPLICI CONTRACTIONE. **e 2v**

De prima contractionis specie.

35. Ex proxime dictorum consideratione delitescit, quemadmodum multiplex a multiplici contractione virtus exoriatur. Contractione quidem loci effectum est, ut tot qui in eremi solitudines se recepere, tot artium, scientiarum, virtutum morumque fuerint inventores, magistri, duces et pastores populorum. Pythagoras decennio ab hominum fre-

15 nullam *G*: nullū *P* 17 participate *P* 21 delitescit *P*: patefit *G*, *ma cf. a p. 23, 20. 98, 8. Acrot. Camoer. p. 61, 12 etc.* 24 heremi *P* 26 decemnio *P*

quentia liber, magnum atque veracem naturae rerum se reddidit contemplatorem. Solitudine viginti annorum in omni magia et divinatione profecit Zoroaster, ut et Xamolxis, Abbaris et alii. E deserto Oreb Moses supra illius magos Pharaoni prodiit admirabilis. Jesus Nazarenus non prius coepisse mirabilia dicere et operari fertur, quam post conflictum cum diabolo in deserto habitum. Raymundus Lullius apprime stultus et idiota ex eremo in pluribus inventionibus se profundum exhibuit. Paracelsus, qui magis eremitae quam doctoris vel magistri titulo gloriatur, novus 570
et nulli inferior medicorum extitit princeps et author. Hinc olim Aegyptiis et Babyloniis ociosi contemplatores, Gallis Druidae, Persis Magi, Iudaeis Pharisaei, Indis Gymnosophistae, Christicolis Monachi, Babassi Mahumetanis, ut vel naturae rerum contemplatores, vel morum iuxta leges essent moderatores, optime fuerant instituti. Sed ex iis plurimos, ut humanum laborem et curas fu[!]gerent, ocii et e 3r
gulae amore illectos, perpaucos vero virtutis amore, ut bonitatem et veritatem persequerentur, invenies se a negociosorum conversatione sevocasse; quod si qui tales inter eos apparuerint, iidem ab inmunda et invida multitudine obruentur. Mitto quod ex iis etiam celeberrime, ocio ad hominum necem et humanae pacis abolitionem abutentes perniciosissimi foetus emanarunt eorum doctores, qui passim in humanae et civilis conversationis interitum docent homines pro malefactis non timere, et nescio quibus sordidissimis confidere phantasiis, ad quas magis et certas

---

3.4 Zamolxis *G* 4.5 [illius] *e* Pharaonis *G* 6 caepisse *P* 8 *e* 10 heremo *e* heremitae *P* 11 auctor *G* 12 Babilonijs *P* otiosi *G* 13 pharisei *P* 17 *e* 22 otii *e* otio *G* 19.20 negotiosorum *G* 21 immunda *G* 22 celeberrimi *G*, *che interpunge* emanarunt, eorum 24 fætus *P* 27 sordidissimus *P*

(iuxta tam varia et dissepta eorum dogmata) de Cerere et Baccho credulitates, quam ad benefacta, Dii retributores respiciant, ut interim in antiquam barbariem retrudant perniciosos populos, et a fine, in quem ab omnibus legibus diriguntur, avertant. Hos sane exterminandos eque medio, tamquam seculi zizanias, erucas atque locustas, immo veluti scorpiones atque viperas, tollendos funditus, sicut illos ocio, avaritia et ambitione luxuriantes castrandos esse venefico antidotarium tempus succedens, seroque suo malo sapiens mundus iudicabit. Sed ab ista depravatae contractionis specie ad alias convertamur.

De secunda contractionis specie.

36. Contractione imaginationis ad situm, per indifferentiam distantis atque proximi conceptam, nonnullos vidimus in alto arctoque culmine se se exagitasse, | rectosque **571**
unico innixos pede in aëre constitisse; idemque atque magis per imprudentiam, atra bile laborantibus, per alta **e 3ᵛ**
praecipitia obambulantibus accidisse.

De tertia contractionis specie.

⟨37.⟩ Contractione quadam horizontis in centrum (de qua forte alias) a quibusdam religiose affectis maximo loci intervallo seposita per eam animi vim, quae corporeis non est adstricta terminis, veluti intelligentiarum obtutu potitis, reddita sunt ad sensum non fallentem perspicua. Sic Clazomenii animam ita errasse ferunt, ut relicto corpore

---

2 Bacco *P* 8 otio *G* 9 veneficio *G* succaedens *P* 13 *invece del numero* 36 *ha* 35 *P* 16 innixos *G*: innixi *P* 20 *manca il numero di questo e dei due seguenti paragrafi in P* orizontis *P* 25 Clazomenij (*cioè* Hermotimi) *P*: Clazomenis *G*

veros e longinquo successus nunciaret; Cornelio quoque sacerdoti Patavium incolenti ita Thessalicum bellum fuisse praesentem ferunt, ut eiusdem ordinem et exitum ad plenum retulerit; Pius quoque pontifex nostris diebus, eodem die et hora Romano populo, quem tunc ad publicas preces convocavit, successum belli navalis ultra fines Ionii maris praesentem inspexit.

De quarta contractionis specie.

⟨38.⟩ Contractione intentionis in rei cognoscendae speciem, divinis insomniis, visionibus et revelationibus exponitur animus; ipsi quippe vere intendenti nihil est difficile.

De quinta contractionis specie. e 4r

⟨39.⟩ Contractione per affectum fidei adeo praevalere dominarique animus supra corpora creditur, ut et montibus non sine ratione nos imperare posse dicamur. Porro tunc id vere maximeque evenit, quando respondentia quaedam in principio activo cum passivo reperitur. In eos etenim, qui timoris, amoris, spei, laetitiae, tristitiae et generaliter consensus, acclives non perhibent affectus, Dii non posse mirabiles producere effectus quandoque protestati sunt; hoc de magicis | medicisque principiis unum atque praeci- 572
puum esse novimus. Praepollent medici, in quibus plurimi confidunt, formidantes penetrant maleficia, quae eorundem contemptores non attingunt, superstitiosulos et rusticos vidi energumenos, cautiores vero versutulosque numquam.

---

3 praesens *emenda G* 5. 7 *sic PG* :*forse* navalis ⟨nunciavit, quem⟩ 5 praeces *P* 13 preualere *P* 19 posse ⟨se⟩ *corregge G*

Excantantes quoque, ni se in vehementiorem spiritum concitent inculcandum, commovendum, exsolvendum, devinciendumque, non devincient, non exsolvent, non commovebunt, non inculcabunt spiritum. Hinc illae artificiosae fascinationes, hinc medicae adiurationes. Et certe ex naturalibus concitato affectu haec irati perficimus, quae nobis quietis atque pacatis sunt impossibilia.

De sexta contractionis specie. e 4v

40. Contractione quadam a pietate erga patrem commoti affectus mutus Croesi filius ad nunquam audita (ut opinantur) verba proferenda linguam exsolvit; id autem alia ratione naturaliter esse non posse iudicamus, quam quia in eo corpore repositus animus, per vehementem affectum evigilans, ad iam notum sermonem proferendum adproperavit; quod vero Croesi inauditum nomen protulerit, minime credendum. De plurimis autem, ut de filio Pollionis et aliis, qui in infantia loquuti sunt, iudicandum, quod non talis extiterit corporis complexio, ut species ante receptas obfunderet, ideoque in eiusmodi corpore tales diutius consistere non potuisse visi sunt.

De septima contractionis specie.

41. Contractione quadam a timore proveniente ego ipse, cum in fascibus essem solus, ingentis eiusdemque vetustissimi serpentis aspectu, qui e foramine domestici parietis exierat, articulate patrem in proximo cubiculo de-

---

1 Incantantes *G* 2 *e* 3 exoluendum *e* exoluent (*ma* exsoluit *v. 11*) *P* 4 ille *P* 10. 11 *cf. Herodot. 1, 85* 10 *e* 15 Cræsi *P* 10 nūquam *P* 19 offunderet *G* 20 visae *G*

gentem appellavi, quem cum domesticis aliis adcurrentem,
petentem baculum, serpentem adesse conquerentem, verba
vehementius irati fundentem, sicut et | alios mihi timentes 573
non minus intelligebam loquentes, quam modo me posse
in|telligere credam. Haecque ipsis post plures elapsos annos, e 5r
velut e somno rursus evigilans, parentibus id minime [id]
omnium cogitantibus non sine eorum admiratione in memoriam
revocavi. Huc spectat considerare, quantum miraculo
fieri possit, ut natus surdus, et consequenter mutus, recte
proprio spiritu, non autem alieno per maleficium intruso,
effari valeat. Prorsus enim iudiciosis inpossibile videbitur,
ut quispiam in proposito eorum proferat actum, quorum
non habet habitum; ipsum etenim eumdem haec effari verba,
quae non audivit unquam neque didicit, est implicita
vel potius explicata contradictio, quam nostri moderatores
affirmant esse non posse miraculi subiectum. Ex hoc principio
non sat distincte percepto, formas rerum naturaliter
animo esse insitas asserunt Platonici.

De octava contractionis specie.

42. Contractione etiam, quae a subito timore ad arcem
cordis aliasque internas partes spiritum contrahente vel
impellente provenit, fit ut a plerisque morbis aegroti convalescant,
sicut a contrariis causis enascentes contraria
ratione curari credimus consequenter. Omitto quod quadam
in animum bene formatum contractione facta proprium
alienumque corpus servatur, sicut cecinit Zoroaster, fecit e 5v
Pythagoras, Apollonius et Abb. Spiritus quoque postquam

---

6 [id] *om. G* 11 impossibile *G* 13 eundem *G* 22 mor-|morbis *P* 27 Abb. (*cioè* Abbaris, *come sembra che il Bruno scriva per* Abaris (*v. sopra p. 181, 4*); *cf. Herodot. 4, 36. Porphyr. Vit. Pyth. 29. Iambl. Vit. Pyth. 19 etc.*) *P*: alii *G*

per radios ab oculo effusos sese explicaverat, si iterum a diversis obiectis imbutus diversis affectibus contrahatur, similibus certe animum inficit passionibus. Hinc quaedam solo aspectu nauseam, stuporem, dulcedinem, tremorem, similiaque et alia incitamenta conferunt; alium male affici aspicientes, ipsi dolorem eadem in parte sentimus; videntes alienum effundi sanguinem, deficimus. Id certe aliquid spirituale ab externis ad interna contractum conferre iudicandum. | Idque non solum ex visu provenit, sed et ex phantasia 574
et ex olfactu, quandoquidem ex quorundam pharmacorum et simplicium odore vim purgativam contrahimus, aliquid etiam horrendum audientes, etiam quod iudicemus fabulosum, contremiscimus, et quorumdam etiam attactu morbos contrahimus.

De nona contractionis specie.

⟨43.⟩ Contractione, quae a cupidinis fervore exoritur, ad imaginatae vel visae vel concupitae rei similitudinem diversorum generum eventus succedere novimus; quod novit et Iacob, qui obiectis ante oves et arietes decorticatis et discoloribus virgis | efficiebat ne simplici colore foetus e 6r
ederentur. Praegnantes quoque specie notaque rei ardentius concupitae foetum proprium inurunt.

De decima contractionis specie.

⟨44.⟩ Contractione a sensibus externis, dum a propriis actibus per somnum conquiescunt, interni sensus, veluti magis vegetantes, vivacius proprias species persentire

8 animam *G* 16 *e* 24 *mancano i numeri in P* 19 *Gen 30, 37 sqq.* 20 *e* 22 fætus *e* fætum *P* 25 internos *emenda G*

experimur. Quo etiam pauciores sensus in eo, qui eorum natura particeps esse perhibetur, eo pollentiores esse comperiuntur. Hinc Democritus mentem a sensibus avocare percupiens, sibi oculos, a quibus impedimentum patiebatur, effodit. Non solum autem in paucioribus sensibus efficacia maior est inspicienda, quasi per numerum contractione facta, verum etiam et veluti per magnitudinis arctationem accidit eundem sensum maiori esse efficacia praeditum. In plurimis enim inducentibus patet, quemadmodum sensus, quo magis est angustus, eo perspicacior. Unde a debilitate motus ab obiecto et debilitate sensus ab organo ad oculos perstringendos compellimur, ut pupillae aciem contrahamus in angustum. Mitto quod aquilae nobis, serpentes aquilis acutius intuentur.

De undecima contractionis specie. e 6v 575

45. His accedat miseranda quaedam contractionis species, quam in rudibus, spurcis et hypocritunculis quibusdam compleri conspicimus, quorum quidam plus atra et crassa, quam naturam deceat, bile laborantes venereas foedasque captant voluptates, alii futiles et pecudinas quasdam revelationes aucupantur, quae e porcinae eorumdem phantasiae perturbatione proficiscuntur; quae omnia quomodo prosequantur, si quis nosse desiderat, animum ad haec quae subinferimus advertat.

Ex hoc bestialium hominum genere sunt, qui crudis acutisque herbis ventosoque pasti legumine excoctique infantis adipe peruncti, moxque ad noctis silentium aëre

---

1 in in eo *P* 8 eūdem *P* 9 In *om.* *G* 16 accaedat *P* 20 pecudinas] *sic* *PG* 21 *f.* relevationes*?* 27 acri *P*

temperate frigido nudati, illud praestant, ut calore dictis circumstantiis medicato ad interna retruso recurrente, cumque attenuati adipis spiritu carnis penetrante poros, vasa libidinis facile intumescant lenteque artificioso semine compleantur. Interim in venereorum meditationem, quae a praecedente proposito praesentique stimulo concausatur, incitati, lenem quamdam horripilationem incurrunt, per quam adeo forti phantasticae cogitationis actui alligantur, ut lente per longam noctis moram libidinosam ventosita- e 7r
tem et succum egerentibus ipsis, postquam evigilaverint, quod in iisdem vestigiis permanserint, nullus est qui suadere valeat; menti quippe fixum habent, se ad veros concupitorum virorum vel mulierum nocturnos amplexus delatos. Et certe verisimile et naturae consentaneum esse videtur, ut interim non modica afficiantur delectatione; effluxio quippe non ut in actu ordinarii coitus maturatur, sed ideo serior efficitur atque lentior, quia corpore quiescente, solo cogitationis motu, peregrina ventositas alienusque humor continua lentaque egestione per vasa libidinis emittuntur. En unam de inmundis animi contractionibus, ad quam sufficere novimus artem, quae vel naturam dirigat vel | naturae operanti subministret. Suadere tamen 576
solent (quod et tales voluptuarios sibi suadere forte necessum est) ad haec daemonum cooperatricem potentiam conferre, quod ut credibile faciant, celebribus quibusdam verbis, quae veluti sacra habeantur, aliisque pro latente significatione suspectis, sicut et sine ratione adhibitis gestis superstitiosis atque notis utuntur; quae quidem cum per sese nil prorsus addere valeant, eius tamen in animo

2 ⟨ac⟩ recurrente *G* 7 quandam *G* 8 actu *G* 10.11 ipsis (postquam evigilaverint) quod *PG* 20 emittitur *G* immundis *G* 24 demonum *P*

credulorum sunt efficaciae, ut ad turbandam phantasiam (sine qua eiusmodi affectibus alienata parum aut forte nihil conferunt) maxime conducant. Physice | enim fit, ut e 7v per temerarii cuiusdam timoris (quem in audaciam rusticus amor adigit) praestolationem commodius efficaciusque eorumdem turbari valeat phantasia. Plane enim constat, haec nobilioribus animis ingeniisque felicioribus et actum imaginationis supra phantasticum obiectum reflectere potentibus esse impossibilia. Haec etenim (sicut et altera proxime referenda) non ex temperatioris melancholiae divinioribus ingeniis subserviente materia, supra quam per cogitationis fortitudinem attolluntur, sed per quandam ratiocinii imbecillitatem in gremium materiae crassioris immersi supprimuntur.

De duodecima contractionis specie.

(46.) Iam ad non magis ingeniosos apocalypticos nostros respiciamus, qui cum eiusdem pessime olentis melancholiae specie laborent, fine tamen per libidinis diversitatem differunt; hoc maxime detestamur, quandoquidem interim stulti non propriam modo, sed et aliorum ignorantum et asinorum (quibus prophetae atque revelatores pietatis apparent) turpissimam stultitiam enutriunt. Hi mage naturale nutrimentum contemnentes postquam in maciem et vitiose Saturniam complexionem fuerint adacti, quibusdam (ad phantasiam perturbandam) | aptissimis prae- e 8r viis (quas pias credunt) meditationibus | ipsi faventem 577 noctis umbram potiti, tristitiam quandam subeunt, ubi

14 supprimuntur *P*: perpetiuntur *congettura G* 16 *manca il numero di questo paragrafo e del seguente in P* 17. 18 melancoliae *P* 19 hos *emenda G* 21 prophaetae *P* 24 viciose *G* Saturniam *etc.*] *cf. p. 191, 23. Lamp. trig. stat. 140, 15* 25. 26 preuijs *P* 27 quā|dam *P*

flagris lenius caedendo sese, ab internis calorem ad partes exteriores evocant, ut hoc interius mage remisso amplius in spiritu melancholicus tepor intendatur, et ut nulla ad extasim contrectandam desit occasio, animi excogitationem ad alicuius Adonidis mortem adpellentes, tristitiaeque suavem quamdam addentes tristitiam (haud enim et lacrimis suam deesse libidinem comperimus) alterius generis horripilationem subeunt, interimque virtute perturbati sensus facile proprii spiritus adpulsu alicui de immundis iisdemque irrisoribus spiritibus intelligentiae copulantur, cum demum nescio in quem miserorum tristiumque numinum apertum intuitum et affatum adeo promoti credantur, ut ea audiant atque percipiant, quae numquam in eorum cogitationem cadere potuissent. Quem quidem phantasiae turbatae impetum eousque in quibusdam invaluisse novimus, ut confossorum numinum, quorum speciem intensius animo contraxerant, ardentioris phantasiae fervore cicatrices in proprio corpore inustas comperirent.

De decimatertia contractionis specie.

(47.) Ad hoc contractionis genus minime retulerim illud, quod in eminentis contemplationis viro, | Aquinate e 8v
Thoma, completum credimus; hic enim cum collectis animi viribus in imaginatum coelum raperetur, adeo in unum spiritus animalis sensitivus atque motivus est collectus, ut corpus a terra in aërem vacuum tolleretur; quod tametsi minus eruditi ad miraculum referant, et arcana praesum-

---

1 cedendo *P* 3 melancolicus *P* 4 ochstasim (*sic*) *P*: ecstasin *G* 6 quandam *G* lachrimis *P* 10 intelligentiae spiritibus *traspone G* 26 archana *G*

ptuosaque ignorantia freti non facile credant, a naturali tamen animi potentia id provenire posse facile novimus, et multo ante Zoroaster. Nescio an ad istam contractionis speciem referri velint domini theologi raptum Pauli, quem et ipse non satis novit an in corpore an extra corpus fuerit.

De decimaquarta contractionis specie. 578

48. Est et pessima contractio, quae a ratione contrarii victus, qui naturali complexioni diametro opponitur, quo in pessime enutritis talis congeritur in vitalibus corporis partibus humor, ut vel proprii spiritus alteratione reddantur amentes atque fanatici, vel peregrini accessione fiant energumeni. Quosdam etenim de simplicibus corporibus ad materiam sibi adcommodatam mox libentissime accedere non est difficile, sicut et e quocumque semine in bene collocato atque disposito spiritualem | animalemque vitam pro- **f 1r**
dire est naturale, et cuicumque conceptui bene se habenti animus velut ubique praesens statim adest. Hac ratione, addita undecima et duodecima contractionis specie, repente per artem notoriam sapientes efficiuntur simplices, creduli et superstitiose contemplativi, sed in iis sapiens spiritus non est proprius, sed proprio imperiose copulatus. Ideo furiosos, eosdemque intellectivos spiritus cum quibusdam animalium excrementis Saturnio adcommodatis temperamento, egestos frequentius experti sumus; et monachus Brixiae, me praesente ipsumque curante, qui hac arte repente propheta, magnus theologus et linguarum omnium peritus videbatur effectus, ipse, cum monachorum tantam

---

8 complexione (*sic*), diametro *P* 11 phanatici *P* 12 energumenio quosdam (*sic*) *P* 14 in *om. G* 26 prophaeta *P*

sapientiam ad malum principium referentum consilio fuisset in carcerem detrusus, virtute acetabuli cum polypodii contusi succo temperati, humoribus melancholicis atque spiritu evacuatis, talis, qualis semper extiterat, asinus apparuit.

De decimaquinta contractionis specie.

49. Ea tandem laudabilissima vere philosophis propria animi contractio est, qua crudelis Anaxarchus patiens ictus plus Nicreonta tyrannum affligebat, quam ipse torqueretur; qua et Polemon a | rabidissimis canum morsibus f 1v
* * * ne expalluisse quidem; qua Laurentius | de prunis 579
ardentibus velut e roseo strato hostibus viriliter insultabat. Quid enim? Nonne vehementior delectatio, timor, spes, fides, indignatio reique contemptus a praesente passione sevocat? Porro tunc est perfectae philosophiae praxis, quando quis altitudine speculationis ita a corporeis affectibus semovetur, ut minime sentiat dolorem. Maiorem autem virtutem esse credimus in eo, qui hucusque devenit ut dolorem non sentiat, quam in alio, qui persentito obsistat. Haud enim vere virtuosum iudicat Epicurus, qui oppositi vitii sensum admittit. Quem alius rei magis commovet aspectus, ille mortis non patitur angustias. Quidam cum maxime ab amore divinae voluntatis (quam firmiter existimabant) exequendae traherentur, nullis minis nullaque eos aliunde sollicitante formidine movebantur. Intensumne dixerim virtutis amorem, qui rei temporaneae ne-

1 referentium *G* 2 polipodij *P* 3 melancolicis *P* 9 Nicreonta (*sic*) *PG*; *cf. Lampas trig. stat. p. 101, 5, dove per errore abbiamo detto che il Gfrörer corregge qui* Nicocreonta 11 *segniamo una lacuna innanzi a* ne: *invece* quidem ⟨dicitur⟩ *G*

queat infirmare timorem? Ego eum, qui timet a corporeis, numquam divinis fuisse coniunctum facile crediderim; vere enim sapiens et virtuosus, cum dolorem non sentiat, est perfecte (ut praesentis vitae conditio ferre potest) beatus, si rem rationis oculo velis aspicere.

50. Ex his habes contemplandi locum, quot modis frugaliter, inutiliter et perniciose spiritum contrahere, vires accire, animum intendere ad speculandum, speculata f 2r
intelligendum et intellecta | retinendum, novasque per temet formandum et concipiendum impressiones valeas, et in similibus per consimilia, in proportionalibus per comproportionalia, in diversis per analogicas rationes, in contrariis tandem per opposita pariter industrius habeare. Ex his ea consideratio exoritur, quae ad intelligentiam, iudicium et affectum regulandum conferat. Illud tamen importunius spectandum, ut maxime caveas, ne in phantasmata nimium incurrens, nec velut ea comprehendens, sed potius tamquam ab iisdem comprehensus (quemadmodum in Antipheronte factum ferunt) in eorum numero, qui aguntur 580
potius | quam agant, te constituas. Tales diximus, qui victus ratione, solitudine, silentio, umbra, perunctione, flagris, calore, frigore vel tepore, spiritu hinc contracto, inde abacto, vana phantasmatum meditatione perturbata phantasia, miserabilem incurrunt insensationem.

Primae partis sigilli sigillorum

FINIS.

---

2 nunquam *G* 7 pertiniciose *P* 9 intellectu *G* 18 tanquam *G* 18. 19 *cf. Aristot. De memor. et remin. c. 1 p. 451a 9* 19 agantur *G* 23 meditatione, perturbata *P*

SIGILLI SIGILLORVM SECVNDA PARS. f 2v 581

⟨1.⟩ Quemadmodum festucae, paleae, pelliculae et id genus alia, in ignem proiecta, ad instar eorum quae sola sensu praedita dicuntur, quasi instantem praesentemque corruptionem fugientia contrahuntur, refugiunt seseque ut possunt inde proripiunt; ita nulli quantumlibet ad sensum neglecto et imbecilli principium naturale deest, quo melius ad praesentem statum se fulciat atque tueatur. Si quippe profundius intuebere, nihil adeo mutilum, abscisum et emortuum comperies, quod aliqua sui esse (quae et qualiscumque sit illa) intrinseca cura sit penitus destitutum. Pro animi igitur perfectionum tutela ad domesticum animi nostri magisterium instruendi convertamur; adest quippe illi a patrio lucis et intelligibili mundo exulanti, tamquam in puppi prae|sidens naturalis facultas, f 3r qua duce veluti scintilla suam appetens sphaeram, a retardantibus cursum revocat et etiam nesciens avertitur.

Quanto autem potentior est animus supra corpora, tanto pollentiores aversiones habet, ne a propriis naturalibusque dispositionibus et actibus per materiae turbantis impulsuum vortices impediatur. Cognosce igitur, cognosce diverticula, quoque modo adversus adeo caecam caliginem depellendam e foribus sit eluctandum, videto.

Videto primum quatuor internos actuum rectores: amorem, artem, magiam, mathesim.

---

2 ⟨1.⟩ *om. P* 2.6 *cf. Lampas triginta stat. 154, 13 sqq.* 10 abscissum *G* 11 qualiscunque *G* paenitus *P* 13 magisterim (*sic*) instruendi *P*: instruendi magisterium *G* 22 coecam *P*

DE QVATVOR RECTORIBVS. 582

De amore.

2. Amor est cuius virtute omnia sunt producta, est in omnibus, in vigentibus vigens, quo vigentia vigent, quique ipse est vigentium vigor; frigida calefacit, obscura illustrat, torpentia excitat, mortua vivificat, inferiora divino furore ducens supercaelestem plagam peragrare facit; cuius ministerio animae corporibus detinentur, cuius ducatu in contemplationem eriguntur, cuius volatu superata naturae difficultate Deo copulantur; qui | docet quae aliena, f 3v quae nostra, qui nos, qui alii; qui facit alia nobis subiici et mancipari, nosque aliis praefici et dominari; necessitas enim, quae omnibus insultat, soli paret amori. Ad hunc igitur colendum, non tria ad loca respicientes, sed ad omnia, non ter, non septies perciti, sed semper convertamur.

De arte.

3. De arte autem illud nobis in mentem revocandum est, quod quanto exquisitius naturalia ad proprium finem quam artificialia diriguntur, tanto minus consultando faciunt; unde bene intellexit Aristoteles quemadmodum consultatio maior non est maioris peritiae et intelligentiae ratio. Experimur etenim in nobis absolutissimam artem nihil amplius consultare, et artem consummatam nullis rationis discursibus indigere, vel quia naturae similitudine operamur, vel quia natura nobiscum cooperatur. Tunc

---

3. 4 <qui> est in omnibus *G*   11 faciat *G*   21 *cf. Libri phys. Arist. explan. p. 329, 10 sqq.*

igitur perfecte agit ars, cum naturae agenti connectitur; ita enim comparatum est, ut connexionem habeant ars atque natura, et quia ars naturae quaedam imitatio existit, et quia, sicut impossibile est naturalia esse artis expertia, ita nec artificialia natura carere possunt. Nil enim prorsus est | artificiale, quod naturae non sit innixum; unde sicut 583
ex arte cognoscimus qualis quispiam sit ratione vel natura, ita ad natu|ram referendum est artis rationisque f 4r
principium. Ut igitur absolutam consummatamque artem adipiscare, animae mundi te copulari cumque ipsa copulatum agere oportet, quae naturali foecunditate rationibus plena mundum rationibus similibus plenum generat. Quae quidem rationes (ut et sentit Plotinus) in seminibus fingunt formantque universa quasi exiguos quosdam mundos. Unde cum anima ubique praesens existat, illaque tota et in toto et in quacumque parte tota, ideo pro conditione materiae in quacumque re etiam exigua et abscisa mundum, nedum mundi simulacrum valeas intueri, ut non temere omnia in omnibus dicere cum Anaxagora possimus. Cum igitur aliquid ita perficitur, prout animae illius essentia ad talem materiam requirere videtur, non fit adventitia quadam sententia et exspectata consideratione (ita enim ars, quae posterior est et aemula, fabricat), sed velut ab intrinseco praesentem formam explicante natura. Vide igitur unde ars mirabilis emanet.

De mathesi.

4. Mathesim quoque conferre ad opus animi omnes sapientes consensere; visibilia namque invisibilium sunt

---

16 e 17 quacunque *G* 17 abscissa *G* 22 expectatata *P* 23 emula *P*

imagines. Velut enim in speculo ea, quae sunt in mundo intelligibili, praesentia fiunt in mundo sensibili. Hic sunt in motu, in varietate; ibi vero in perpetua stabilique quadam ratione consistunt.

Mathesis docens abstrahere a materia, a motu et tem- f 4v
pore, reddit nos intellectivos et specierum intelligibilium contemplativos. Ideoque Pythagoras, Plato et omnes, qui res profundas atque difficiles nobis sunt insinuare conati, aliis quam mathematicis mediis non unquam usi sunt. Et ipse mathematicorum inimicus, logicus magis Aristoteles (qui plus arguendo quam argu|mentando valet), dum pro- 584
fundiora naturae explicare niteretur, quoties necessitate coactus ad repudiata mathemata recurrit?

Nobis sane a corporum imaginibus et umbris, quae sunt obscura sensibilia, per mathemata, quae Platoni sunt obscura intelligibilia, ad ideas, quae eidem sunt clara intelligibilia, datur accessus, sicut et illarum claritas nostrae rationi per media mathemata sese intrudit. Mitto quod inter mathematica et physica debetur locus quorumdam naturalium corporum profluviis integrum characterem ad certam intercapedinem servantibus, quibus quandoque Magi ad aliquem perdendum uti consuevere. Id sensit Heraclitus et Epicurus, Synesius et Proclus confirmavere, nos minime ignoramus, et necromantici maxime experiuntur.

De magia.

5. Quid de magia, quae cum media mathesi fere in eadem ab extremis physicis atque metaphysicis aequidi-

---

3 varieate *P* 19.20 quorumdam naturalium corporum pro fluviis (*sic*) *P*: quibusdam naturalibus corporibus, pro fluviis *male* *G*
27 extraemis *P*

stantia consistit? Haecque duplicis est ge|neris: altera, quae f 5r vel per credulitatem et fidei vim, vel per alias non laudabiles contractionis species sensum mortificat, quo propria ratio per aliquod extrinsecum penitus absorbeatur, ut natura melior in alicuius deterioris imaginem transformetur (et haec apud reprobos magos usuvenit, qui hominem vel aliud de animantium genere ad quoddam spirituum influentialium symbolum promovent, quorum virtuti vel etiam substantiae cum fuerint patratae uniones, mirabilia in corporibus, in affectibus, in artibus et in mundi partibus atque regionibus alterando, commovendo, transformando, occultando, manifestando, ligando, solvendo, educendo, inducendo vere vel apparenter operantur); altera vero est, quae per regulatam fidem et alias laudandas contractionis species tantum abest ut sensus perturbatione quandoque utatur, ut eumdem claudicantem fulciat, errantem corrigat, imbe|cillem et obtusum roboret et acuat. Haec cum nôrit, 585
daemonis magni (qui amor est) virtute, animam per spiritum corpori copulari, magisque separatam divinamque vim spiritui per animam, et universalia omnia omnibus per media plura vel pauciora adnecti et concatenari, cumque non lateat geminam esse animam, superiorem videlicet magisque intellectualem quae in se ipsa pulchrum effingit, et inferiorem quae in alio, primam ad superiorem, secundam ad inferiorem et vulgarem Venerem referri, illamque gemini Cupidinis matrem esse, in quorum utroque naturae f 5v
sensus consistit, qui per se vita dicitur, hunc in naturalibus omnibus contemplatur; ab isto etenim sensu est appetitus in partibus corporum et praecipuis mundi membris, puta magnis animalibus atque Diis, ut ad locum suum illa

---

4 paenitus *P*   16 eundem *G*   27 dicitur. Hunc *P*: dicitur: hunc *G*

se conferant, et haec vitales circuitus peragant. Ni enim haec ipsa persentirent, numquam ad convenientem vel in convenienti regione moverentur. Hinc bene dixerunt (licet non bene omnes intelligant) opus naturae esse opus intelligentiae. Hoc habet naturalis magia cum superstitiosa atque divina comune principium, quod omnia intimo quodam incitamento malum pro viribus fugiunt et bonum persequuntur, et alia moventur a se, alia ab alio, et alia moventur ab intrinseco principio, quod semper est indigum vel indigentis, alia vero ab extrinseco, quae quandoque sunt quibus aliud indiget; alia quoque moventur naturaliter, alia violenter, alia non repugnanter. Hinc sympathiam et asympathiam et vim utriusque considerans, applicatione principiorum cum principiis, agentium cum patientibus, naturae cunctipotentis aemula, socia efficitur, atque quodammodo eiusdem ad proprium usum directrix et gubernatrix.

De IV. obiectis.

6. Quatuor obiectorum praeterea ratio est habenda:
luminis, coloris, figurae, formae; quae qua|truplici- **f 6r**
ter iuxta | quamdam analogiam, ex gradibus modi quatru- **586**
plicis considerandi desumptam, capienda sunt: metaphysice, physice, rationaliter, moraliter.

De lumine.

7. Lumen ergo concipe cum Platonicis ut ignem et coeli formam, imaginem vitae coeli (ut quod in coelesti

---

2 nunquam *G* 5.6 cum—comune (commune *G*) *mettono fra parentesi PG* 5 superstiriosa *P* . 10 extrinsecis *G* 13 à sympathiam *P* 15 socia *P*: sociaque *G* 20.21.22 quadrupliciter *e* quadruplicis *G* 21 quandam *G* 22.23 methaphysice *PG*

vita intellectuale est, sit in coelesti corpore luminosum, veluti quod in mente est intentio, in voce est oratio vel verbum), accensum a Deo in sole, in quo caeterae sunt qualitates, quarum praecipuae sunt calor vitalis atque blandus, actio quaedam motrix atque formatrix omnium specierum. Est lumen intimius, quo sol per se lucet, a quo genere differens habetur lumen, quod inde velut imago solis per omnia manat. Ab isto igitur lumine, quod apud nos est accensum, ad lumen effusum quod accendit, inde ad illud unde corporaliter effunditur, proinde ad intimum quod est effusionis principium, tandem ab hoc quod est in corpore dividuo veluti dividuum ad simplicissimum atque individuum, sicut a voce scripta suisque characteribus materiae impressa ad auditam, puta per aërem effusam, inde ad prolatam, proinde ad prolationis organica principia, ad simplicem tandem vim atque individuam facultatem, cuius imperio submi|nistrant organa, progrediamur. f 6v
Lumen illud primum et initiale, si non duratione, natura tamen esse ante solem intellexit Orpheus et Aegyptii, quorum mysteria Moses suis parabolis fortasse prosequitur. Propterea antiqui Chaldaei, Aegyptii omnes, Pythagorici, Platonici caeterique naturae contemplatores optimi, hunc solem (quem Plato visibilem filium et summi Dei imaginem appellavit, cui orienti Pythagoras hymnos lyra concinebat, quem exorientem Socrates salutans in extasim rapiebatur) inter alias stellas visum auditumque habentes, memoria non carentes et preces exaudientes, ardentius adorabant; quorum non adeo | damnanda est idololatria, siquidem ad 587
viventes imagines et optima divinitatis vestigia corporeos

17 submi- nistrant|nistrat *P* 20 e 21 misteria *e* Caldaei *P*
25 extasin *G*

oculos convertentes, tamquam per externum cultum (quem etiam Deus a nobis requirere videtur) interna ardentioreque animi relligione amplius intenduntur. Qui enim cognoscendo per sensibilia ad intelligibilia manuducimur, simili progressu ab incorporeis per corporea, duplici natura consistentes, divinitus afficimur. Psallentibus igitur corpore et animo, sensu et intellectu, et utraque facultate per utriusque facultatis media ad divina adpellentibus tum templa atque delubra, tum ii qui habitare in ipsis perhibentur, gemino cultu persequi debere undique natura conclamat; quae etiam ex stellis unicum ad luminis fontem respicientibus, super universos et innu|merabiles deos mundi recto- **f 7r** res, unum principem, patrem atque Deum docet adgnoscere.

De colore.

8. Color post lucem qualitas esse perhibetur, quae hoc ipso differre a luce creditur, quod ipse est qualitas visibilis quae secundum superficiem extenta est, lumen vero quae nullam patitur extensionem, sed temporis puncto ubique discurrit. Hic non est visibilis nisi per lucem; nihil enim color esse videtur quam lux affecta, ad cuius similitudinem phantasmata non nisi in luce rationis sunt intelligibilia, et ita phantasmata rationi propinquiora sunt magis intelligibilia, sicut colores luci propinquiores sunt magis visibiles; sicut autem visui per se lux ingeritur, ita rationalis species intellectui, color autem oculo, sicut phantasmata rationi, praesentatur. Lumen quoque est forma universalis omnis visibilis et coloris. Lux in omnes colores pariter se diffundit, quae in varios colores migrat, dum a

1 tanquam *G* 3 religione *G* 8 facul-|tis *P* 9 tum eos, qui *emenda G* 13 agnoscere *G* 17 extencta (*sic*) *P*: extensa *G* vero ⟨talis⟩ *G*

variis recipitur subiectis, et sicut se habet lux ad omnes colores, ut ipsi sint a materiis diversis diversimode participata lux, ita et ad sensibiles omnes luces se habet | prima 588
lux, ut ipsae illius diversimode participata luce sint luces diversae.

De figura. f 7v

9. Figura vero quaedam est non sine qualitate quantitas, non sine quantitate qualitas, sed in quantitate qualitas, non lux, non color, non lucis colorisque vestigium (hanc etenim quandoque tactu iudicamus), non pura quantitas, non pura qualitas, sed ex utraque et in utraque unum. In eius tamen genere per hanc, quae visui per lucem se praesentat, maxime profundorum arcanorumque natura est revelatrix, per figuram inquam visibilem formarum nobis rationes indicat natura. Haec est ignis ille, quem Prometheus a Diis clam surreptum tribuit hominibus. haec est arbor scientiae boni atque mali; ipsa enim est similitudo formae.

De forma.

10. Est una prima forma, per se et a se subsistens, simplex, impartibilis, essentiae, formationis et subsistentiae omnis principium, indiminuibiliter omnibus se communicans, in qua omnis forma, quae comunicatur, est aeterna et una; ipsa enim est absoluta essendi forma et dans omnibus esse, unde et pater formarumque dater appellatur, ita ut non sit forma membrorum partiumque mundi vel universi totius, sed formae universi et partium

13 praesentat e arcanorumque F 21 indeminuibiliter 22. 23 communicans, communicatur [illegible]

ipsius absoluta forma. Estque forma infinita, quia est ita omne esse, ut non | ad hoc et ad illud esse finiatur, ad hanc f 8[r]
vel ad illam materiam vel subiectum contrahatur, sicut ex opposito infinita dicitur materia, quae non hoc vel illo esse per formam terminetur. Haec forma quibusdam gradibus dans esse omnibus dicitur descendere, ad hanc formam materia per eosdem gradus dicitur ascendere, et a differentia et alietate et diversitate participationis huius materiae et huius formae in gradibus suis differentia, alietas et diversitas entium procedit. Haec forma universalis essendi 589
est lux infinita, se habens ad omnium formas, sicut forma lucis essentialis ad lucis participativae, luminum et colorum formas. Per hanc diversimode participatam in diversis entibus secundum diversas figuras extenditur materia.

De progressu primae formae in ternarium.

11. Prima forma, quam vel hyperusiam vel nostro idiomate superessentiam dicimus, a summitate scalae naturae entium ad imum profundumque materiae sese protendens, in mundo metaphysico est fons idearum et formarum omnium elargitor et seminum in naturae gremium effusor; in physico idearum vestigia materiae dorso imprimit, velut unicam imaginem secundum speciem numero adversorum speculorum multiplicans; in rationali umbras idearum numerales ad sensum, specificas | ad intellectum f 8[v]
effingit, illius pro capacitate tenebras illuminando, rerum intentionumque colores impingendo. Formae in ipsa prima

---

10 procaedit *P* 16 yperusiam *P* 17 schalae *P* 19 methaphysico *P* 22. 23 speciem adversorum speculorum numero *G*

causa dicuntur entitas, bonitas, unitas; in mundo metaphysico dicuntur ens, bonum, ante multa; in mundo physico entia, bona, multa; in mundo rationali ex entibus, e bonis, e multis.

De explicatione formarum per duodenarium.

⟨12.⟩ Intrinsecae rerum naturalium formae duodecim rationibus (secundum quas duodecim sumunt denominationes) explicantur; sunt autem species, figurae, simulacra, similitudines, imagines, spectra, exemplaria, indicia, signa, notae, characteres, sigilli, quorum differentiam et distinctionem non a grammatista nec a vulgari philosopho perquiras, sed per temet ipsum meditare. Nos etenim si haec per alia nomina explicare velimus, progressum numquam terminandum adoriemur; synonymiam enim puram in nominibus nullam esse cre|dimus. Quisque igitur pro sua **590** facultate differentiam ad duodenarium multiplicandam pertentet.

De multiplicatione duodecim indumentorum intrinsecae formae. **g 1r**

⟨13.⟩ Multiplicantur haec indumenta duodecim, quatenus per se ipsa singula in recto, per caetera autem omnia in obliquo deducuntur. Haud enim tantum species, figura, simulacrum et caetera enumerata, sunt indumenta formarum essentialium, sed et dum singula per duodenarium deducuntur, ex ipsis sunt provenientia centum et quatraginta quatuor. Dicitur enim I speciei species, II figurae

---

1. 2 methaphysico *P* 6 *c* 19 ⟨12.⟩ *c* ⟨13.⟩ *om. P* 10 sygilli *P* 13 nunquam *G* 14 synonimiam *P* 15 nominibus *P*: omnibus *G* 24. 25 quadraginta *G*

species, III simulacri species, IV similitudinis species, V imaginis species, VI spectri species, VII exemplaris species, usque ad sigilli speciem. Subinde I forma speciei, II forma figurae, III forma simulacri, usque ad sigilli formam. Ita deinceps caeterae indumenti species singulae per caeteras alias deducuntur.

Haec deductio significatur in ea figura, quam supposuimus, ubi singula elementa rotae intrinsecae deducuntur per omnia rotae extrinsecae, vel ea, quae sunt in recto extra circulum designata, ingrediuntur circulum per A, a quo per tensarum linearum ordinem in alia discurrunt oblique sumpta. Significat igitur A speciem, B figuram, C simulacrum, D similitudinem, E imaginem, F spectrum, G exemplar, H indicium, I signum, K notam, L characterem, M sigillum. Haec ita ordinatim sunt | enumerata, ut **g 1v** septem prima veluti per picturam et sculpturam et speculum referri valeant, et ex iis priora posterioribus aptius, quinque sequentia per magis confusam et universaliorem positionem, tria ultima per graphicam maxime institutionem.

De duodecim vocum formis et earum deductione.

14. His consideratio duodecim formarum vocum succedit, quibus quidem tum inveniendum, tum iudicandum, tum et memorandum formamus. Sunt autem et hae duo- **591** decim originales, per duodecim elementa designatae: A significat resolutionem, B compositionem, C additionem, D diminutionem, E capitis similitudinem, F transpositio-

---

3. 4 e 15 sygilli e sygillum *P* 14 Inditium *P* 22. 23 succaedit *P* 27 *l.* dominutionem

nem, G abstractionem, H concretionem, I denominationem, K etymologiam, L interpretationem, M consonantiam. Quae non minus in centum quatraginta quatuor in invicem deductae multiplicantur, ita ut aliqua convenientia in deductione servetur; haec tamen confuse solo combinandi ordine servato ita insinuetur: I resolutio resolutionis, II resolutio compositionis, III resolutio additionis, IV resolutio diminutionis, V similitudinis capitis, et caeterorum ad duodenarii complementum succedentum, deinde XIII additio resolutionis, XIV additio compositionis, XV additio additionis, XVI additio diminutionis, XVII capitis similitudinis, et aliorum usque ad quatuorvicenarii complementum. g 2ʳ
Haud aliter ad totum numerum ordinate complendum de caeteris subsequentibus est agendum, ut patet in propria figura, ubi in circuli inferioris elementis significantur in recto, in elementis circuli superioris in obliquo, vel e contra. Denotantur ibi duodecim combinationes, primo duplicative per duodecim tractus linearum ab uno circulo in alterum, deinde centum quatraginta quatuor, quia postquam A circuli inferioris iunctum est ipsi A circuli superioris, dicendo: compositio compositionis, consequenter ab A procedit lineatim ad omnia caetera circuli superioris elementa, primo ad B, dicendo: resolutio compositionis, secundo ad C, dicendo: resolutio additionis, et ita deinceps. Par de caeteris elementis est iudicium atque praxis. In praxi vero si quaedam ex iis existant, quae nequeas per tuam industriam adcommodare, ommittas; neque enim adeo solliciti sumus, ut nihil aliorum ingeniis elabo-

2 etimologiam *P* 8 *e* 19 quadraginta *G* 7.8 reso. diminutionis *P* 8 *e* 11 *l.* dominutionis *e similmente altrove* 9 succedentū *P*: succedentium *G* 9.10 add. res. *P* 12 usque ad 24narii *P* 17.18 duplicativae *P* 27 omittas *G*

randum relinquamus, quemadmodum non sumus adeo desides, ut in iis quae sunt necessariora defecerimus.

De duodecim rerum formis. 592

15. Formae vero rerum generales sunt etiam duodecim: decem puta categoriae, quibus addimus | L motum, g 2v M causam. Harum formarum species in posterioribus explicabimus. Illa nimirum licet substantive sint expressa, dicendo essentiam, subsistentiam, substantiam, non autem esse, subsistens, substans, talia tamen esse recolas, qualia et per alia denominantur et alia denominant; accipiuntur enim in praxi concretive, abstractive, in potentia activa, in potentia passiva, in actu, in habitu, in efficacia, in efficientia, in effectu, imo inquam omnes implicant, quos possunt implicare modos. In essentia enim implicitum est ens, esse, entitas, essefacere, essefieri, esseposse active, esseposse passive, essededisse, esseaccepisse (et ultra per alias formarum formas, si libeat). Haec magis rudi, sed et magis expressiva et exquisitae significationis dictione dicuntur essificare, essificari, essificabile, essificativum, essificasse, essificatum. Similiter in substantia implicitum est substans, substare, substantialitas, substantificare, substantifieri, substantificativum, substantificabile, substantificans, substantificatio, quod substantificatur, substantificasse, substantificatum esse. Similiter in aliis formis est concipiendum. Usus horum maxime ad omnes operationes intellectus est adcommodatus, quod in una vel altera fiat manifestum. Argumentando enim si volumus probare aliquid esse magnum, tentandum est sumere terminos me-

---

5 cathegoriae *P*   25 horum *P* : harum *G*

dios seu causas ex sua magnitudine, ex magnificentia, ex hoc quod facit magna, ex eo quod fa|ctum est magnum, g 3r ex hoc quod potest fieri magnum, ex eo quod potest facere magnum, magnum fecit, magnum factum est. Pariter idem aliis formationibus in magnitudine implicitis est faciendum, moxque e tabulae principio exordiendo per alios terminos, ab eius magna essentia, esse, substantia, subsistentia, mole, numero | et caeteris; similiter in memoriam 593 magnitudinis ducimur per magnum, magnificare, magnificatum et per plura et omnia, dum rite adcommodantur, ut nos per propriam artem insinuavimus. Sunt igitur ii termini sui aliorumque indumenta atque formae: sui quidem velati, reflexive atque reduplicative, dum obliquum, abstractum, substantive sumptum per idem recte, concrete et adiective sumptum formatur; aliorum vero progressive ab uno termino ad alios proficiscendo, abstractive, concretive, oblique, recte, adiective, substantive, active, vel aliusmodi sumptos. Abstractum reformat concretum et e converso, efficacia efficientiam, actus habitum, esse posse et operari, et e converso. Omnia tandem formant omnia et formantur ab omnibus, atque dum omnia per omnia formantur atque figurantur, ad inquirendum, inveniendum, iudicandum, ratiocinandum reminiscendumque de omnibus per omnia possumus promoveri.

De duodecim intentionum formis, in tres classes divisis. g 3v

16. Haud aliter in suo genere procedendum nobis est in intentionum formis duodecim, in quibus 1. A significat genus, B definitionem, C proprietatem, D accidens; 2. E

---

13 *f.* veluti reflexive

oppositionem, F modalitatem, G aequipollentiam, H consequentiam; 3. I distributionem, K comparationem, L divisionem, M distinctionem.

De duodecim morum formis, in tres ordines distributis.

17. De moralibus quoque formis 1. A significat iustitiam, B prudentiam, C fortitudinem, D temperantiam; 2. E legem naturalem, F legem divinam, G legem gentium, H legem civilem; 3. I necessarium, K honestum, L utile, M delectabile.

De duodecim formarum formis.

18. Sunt quoque duodecim formae formarum, quibus universa distinguuntur, dividuntur, contrahuntur, limitantur, definiuntur, iudicantur, quaeque omnes artificiales **594**
combinationes ingrediuntur. | Ex iis A significat primario **g 4r**
vel secundario, B absolute vel respective, C actu vel potentia, D simpliciter vel secundum quid, E intrinsece vel extrinsece, F vere vel apparenter, G per se vel per accidens, H comuniter vel proprie, I necessario vel contingenter, K mediate vel immediate, L naturaliter vel adtributive, M principaliter vel reductive.

De duodecim fundamentis formarum proximis.

19. Formarum fundamenta in duplici sunt differentia. Quaedam enim sunt proxima, quae omnibus modis considerandi proprie subsunt, alia vero sunt prima, quae non solum considerandi, sed et essendi modis universis subii-

---

18 communiter *G* 19 mediate *G*: meditate *P* 20 attributive *G*
22 *questo paragrafo ha il numero* 20 *e il seguente ha il numero* 19 *in P*

ciuntur. De proximis fundamentis A significat si est, B quid est, C ex quo est, D quantum est, E quale est, F ubi est, G quando est, H quomodo est, I cum quo est, K circa quod est, L ad quid est, M quia est.

De duodecim primis formarum fundamentis.

20. De primis autem formarum fundamentis A significat divinum et superessentiale, B ideale, C intelligentiale, D cosmicum, E daemonicum, | F sensitivum, G vege- **g 4v**
tativum, H primum compositum, I elementum, K morem, L ratiocinium, M sermonem. Ad haec vel similia respiciunt Magi, a quibus venati sunt Cabalistae significatum per explicationem quaternarii in duodenarium, in nomine quatuor literarum, quod in duodecim deducitur, et quatuor laterum typicae Hierusalem in duodecim portas, et quatuor cardinales spiritus in duodecim per geminos singulorum collaterales, et quatuor mundi cardines in domos distributionum duodecim, et quatuor angulos terrae in duodecim vicissitudinum principatus. Quae subinde in se ducta duodenaria migrant in subspecificata entia centum quatraginta quatuor, et ultra eadem semper proportione submultiplicando discurrendum | aiunt usque ad individua **595**
innumerabilia, a generalissimis per generaliora, generalia, specialia, specialissima se superessentiali explicante monade.

De duodecim artium prosecutoribus, et primo de quatuor indicibus.

⟨21.⟩ Duodecim praeter haec sunt artium prosequutores, quorum quatuor sunt indices: s e n s i b i l e, i m a g i n a b i l e, r a t i o n a b i l e, i n t e l l i g i b i l e.

---

19. 20 quadraginta *G* 26 ⟨21.⟩ *om. P* prosequtores *P*

Sensibilia quippe sunt, quae tamquam picturae atque **g 5**[r] scripturae rerum species atque rationes sensibus internis per externos obiiciunt. Inter haec vero a visibilibus maxime commovemur; per ipsa enim praecipuae rerum differentiae nobis insinuantur, quandoquidem in universo per oculum obiectae species magis proprie literae, charactetes atque figurae, concentum, rationem et ordinem sphaerarum obiectantes, ad mundanorum rectorum cognitionem et ad unius tandem super omnia principis (ob id quod in unum tandem diversa, varia atque contraria omnia conspirant) cognitionis nostrae obtutum valent promovere.

Imaginabiles subinde rationes sunt,. quae sensibilibus externis absentibus, eorundem nobis offerunt phantasmata; ipsumque quod certis temporibus determinatisque locis offertur, semper et ubique faciunt intueri; quaeque in physicis non componuntur, non dividuntur, definitam quantitatis atque numeri metam non excedunt vel non attingunt, dividit, componit, coarctat, amplificat.

Rationabilia deinde sunt, quibus super praedicta discutimus, examinamus, argumentamur, inquirimus, invenimus, materiam abominantes ad intellectum convertimur, et ad altiora purioraque conscendimus.

Intelligibiles tandem species sunt, quibus, discursione deposita, actu uno possidemus omnia, beati | vivimus, aeter- **g 5**[v] nam mentis intelligentiam imitamur. Postquam enim per rationalem speciem, veluti caeci manu paulatim successione, continuatione et discursione quadam | attrectantes, **596** sphaeram tactu iudicavimus, iam eamdem per intelligibilem,

1 tanquam *G* 6 species, ⟨vel⟩ *G* 8 rectorum *P*: rectam *G* 13 eorūdem *P* 16 definitamque *G* 17 excaedunt *P* 18 dividunt, componunt, coarctant, amplificant *emenda G* 21 materiam *P*: materiamque *G* 26. 28 manu, paulatim *e* attrectantes sphaeram *G* 28 eandem *G*

quasi per ocularem speciem subito citraque omnem argumentativum decursum cognoscimus. Ad ea igitur atria per intelligibiles species promovemur, in quibus plus unico attactu comprehendimus, quam innumeris actibus alibi attingeremus. Hinc illustratur illud quod dicitur: 'Melior est dies una in atriis tuis, super annorum millia.'

Mens longe admodum super intelligibilia praesidet, in qua idem est species quod actus, actus quod potentia, potentia quod essentia; quae cum totum totaliter tota simul et perfecta possessione comprehendat, nullaque vicissitudinum obumbratione capiatur, ea ipsa est, de qua intelligendum, quod dicitur Cabalistis: 'mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna, quae praeteriit.'

Secundo de quatuor testibus.

22. Quatuor extant testes: abstractio, contractio, numerus, mensura, sine quibus nihil est quod probare liceat.

Abstractio in iis primum non modicum confert. Ad g 6r
rerum etenim veritatem utile, imo necessarium est, unum sine alio (ut sphaeram sine materia) considerare, licet in pluribus malum, falsum et impossibile est, unum esse sine alio credere vel enunciare. Sine ipsa nullam nobis ingenerari posse notitiam, speculationem atque praxim, satis est perspicuum; sensibus enim non obiiciuntur ea quae vere sunt, quamtumvis eorum veluti speculum et aenigma haec, quae sentiuntur, dicantur esse signa. Haec propter universalem rerum ordinem, connexionem, correspondentiam et similitudinem, quae est ex generatione a primo

---

5. 6 *Psalm. 83, 11* 6 milla *P* 12. 13 *Psalm. 89, 4* 13 tanquam *G* 25 enigma *P*

amore proficiscente, sunt signum, exemplar atque figura. In ipsis igitur sensibilibus rerum non consistit veritas; quod enim vere est, semper est, constat, fuit semper et erit (unde optime illud: 'nihil sub sole novum'), ipsum est semotum a nostris sensibus, quibus non subiecta substantia, sed quaedam eius | affectiones, colores, ordines, figurae, 597 continui motus, alterationes et id quod semper est alterum atque alterum, minime autem quod verum est simpliciter, offertur. Istud igitur per abstractionem, quasi sensibilium velamina removentem, insinuetur. Propter quod magna effectum est solertia, ut pro rerum considerandarum exemplis et unius tandem entis contemplatione mathemata introducerentur.

Contractio deinde nihilominus conducere intelliga- g 6v tur; ab hac enim multitudinis, diversitatis, contrarietatis uniformitatisque essentiarum omnium notitia, velut a vestigiis et impressionibus, exoritur; per diversas enim ipsarum in materiae gremio figurationes contrahuntur, diviniore substantia in densam obscuramque corpoream commigrante, seque quodammodo finibus eiusdem adstringente. Sic enim per concretionem intelligibile unum et verum ad nos descendit, quemadmodum necessarium est nos ad ipsum per abstractionem ascendere. Id quidem tentamus, cum infinita individua in species, innumerabiles species in plurima genera media, haecque in determinata decem vel duodecim, et ipsa in unum analogum supremum omnium colligimus, ut per ipsas intentiones quasi oppositam contractionem prosequentes, esse multiplex et infinitum par-

4 *Ecclesiast. 1, 10* 5. 6 substantia subiecta *G* 8. 9 simpliciter offertur *PG* 17 per diversas enim *P*: nam ⟨per eam⟩ diversae *emenda G* 22 deseendit *P* 26 supraemum *P*

ticulare in esse specificum et genericum, et hoc ad esse in genere maxime universali, idque ad esse simpliciter sive essentiam contrahamus, sicut posterius in prius, effectus in causas, has partiales in communes, illasque proximas et immediatas ad remotiores atque mediatas, easque secundas ad primas, ipsasque plures ad unam. Duplici ergo existente contractione: altera, qua absoluta forma fit huius illiusque in hoc et in illo forma, sicut lux, quae est primo velut in se ipsa, postea progressu quodam huius efficitur atque illius, in hoc et in illo lumen, (dum ta|men de sua g 7r substantia nihil emittat et a propria integritate non deficiat); altera contractio est, qua | inferior natura per quam- 598 dam assensus et obedientiae habitudinem, tum naturali tum notionali adpulsu et multitudo particeps colligitur, et multa participantia colligit in unum. Prima contractio est, qua per essentiam infinita et absoluta forma finitur ad hanc et ad illam materiam; secunda est, qua per numerum infinita et indeterminata materia ad hanc illamque formam terminatur.

Numero quoque optime omnis contemplatio et animi dispositio adimpletur, sicut idem ad rerum efficientiam concurrere non temere creditur. Hunc vero absit ut intelligamus mercatorium, inque vane algebristarum subtilibus computationibus consistentem, sed in quadam combinatoria ratione situm intelligimus, a qua tractum est illud: 'rem suis numeris absolutam cognoscere, poëtas enthusiasmum induentes numerorum dictamina a Musis recipere, Apollinem vatibus numeros inspi-

---

6. 7 Duplici ergo existente contractione *P*: Duplex ergo existit contractio *G* 12. 13 quandam *G* 14 multitudo *P*: multitudinis *G* 23 vane *P*: vanis *G*

rare, ut nil aliud numeros esse percipias, quam claras quasdam metaphysicas vel physicas vel rationales rationes, quas vel materia vel intellectus, dum ad superiorem formam vel lumen explicantur et exponuntur, per unum vel alium cognitionis modum conceptare valent.

Mensura etiam regulatorum omnium, in quibus veritatem atque iustitiam inquirimus, principium quoddam activum esse iudicatur. Haec non | ea est, quae practicis g 7v
duntaxat est nota geometris, sed qua rerum substantiae atque proprietatum momenta perpendimus, quaque fines rerum metientes congruosque terminos statuentes omnia definimus et circumscribimus. Metimur autem per effectus actus, per actus habitus, per habitus potentias, per potentias essentias, per has tandem essentiarum fontem immensum nobis esse iudicamus. Ipse est qui vere mensurat, quoniam caetera converso ordine posteriora per priora metiuntur, ipseque est mens, a qua denominatur apud nos mensura, et est ipsissima omnium mensura, citra quam nulla adaequata alia reperitur. In iis enim quae distinguuntur in 599
nihilo, exquisita concordantia verificatur.

Tertio de quatuor directoribus.

23. Ad omnia nimirum per similitudinem, proportionem, ordinem, symmetriamque dirigimur.

Simile aliud simile amat, alio simili gaudet, ad aliud simile fertur; simile simile excitat, movet atque trahit; simile simili fit, est atque cognoscitur. Similitudinibus ergo paratis omnia facimus, iisdem comparatis omnia perficimus.

---

2 methaphysicas *P* 9 dūtaxat *P* 15 nobis, esse *P* 20 nihilo exquisita *P*

Proportione quatuor existentibus in duplici genere terminis, sicut duobus similitudine collatis, operae pretium est uti; haud enim solum res rebus sunt similes, sed et sicut illa ad alia, pariter haec ad ista | sese habere videntur. **g 8r** Ex proportione in rerum specie consistentia, in earum dispositione pulchritudo, gratia in sensu, delectatio in ratione, et gloria in intelligentia enascitur.

Ordine chaos physicum in pulchrum mundi spectaculum est digestum; ordine chaos intelligibile discussum metaphysicum mundum ab aeterno distrinxit, distinctumque praebuit; ordine chaos imaginabile in mundum tertium, utriusque mundi praecedentis simulacrum, promovemus. Hic est contra casum temeritatemque continuus reclamator.

Symmetriae tandem conceptione sola quodcumque compositum, complexum, copulatum, mixtum, unitum, ordinatum cognoscimus. Quantumvis enim partem post partem, membrum post membrum, speciem post speciem distincte exterius intimiusque contemplemur, non tamen nisi harmonica consonanteque collatione omnium ad omnia, vel saltem praecipuorum ad praecipua, perfecti rationem erimus adepti, nec consequenter eam, quae in quadam habitudine consistit partium, essentiam, unde optime illud: 'qui intelligit, aut unum aut nihil intelligit.' | Velut **600** ergo e peripheria innumerarum linearum tractus ad unum punctum conferentes, circulum videmus, plurium membrorum ad unum individuum collatione fit, ut statuae, arboris, campi, horti, aedificii et cuiuscumque compacti percipiamus figuram; ita in obiectis rebus et propositis intentionibus adepta symmetria (hac enim quae carent

---

2 opere *P* 6 pulchitudo *P* 9. 10 methaphysicum *P* 14 quodcunque *G* 25 pluriumque *G* 27 cuiuscunque *G*

sive | res, sive intentiones, prosequutione indignae censentur) facile ad quatuor nobilissimorum effectuum assequutionem promovebimur, qui nunc enumerabuntur: g 8v

Quatuor exoptati effectus artis artium et sigilli sigillorum:

Inventio, Dispositio, Iudicium, Memoria.

FINIS.

---

1 prosequtione *P* 2. 3 assequtionem *P* 3 promovebimus *P*

CENTVM ET VIGINTI ARTICVLI

DE NATVRA ET MVNDO.

CENTVM ET VIGINTI ARTICVLI

DE NATVRA ET MVNDO

ADVERSVS PERIPATETICOS

PER IOH. HENNEQVINVM NOBILEM PARISIEN.

LVTETIAE PROPOSITI SVB CLIPEO ET MODERAMINE

IORDANI BRVNI NOLANI

INFRA OCTAVAM PENTECOSTES AN. 1586.

IMPRESSVM PARISIIS, AD AVTHORIS INSTANT.

1586.

Quest' opuscolo, di cui esiste un esemplare nel British Museum (cf. I. Frith [= Isabella Oppenheim; v. Sigwart, Kl. Schrift. I² p. VII] Life of G. Bruno p. 324), è la prima edizione dell' Acrotismus Camoeracensis, *pubblicato più tardi a Wittenberg e ristampato dal Gfrörer e dal Fiorentino. Si compone di nove fogli soltanto, i quali nell' esemplare inglese sono mal disposti, il primo dopo il secondo, e il quarto e il quinto scambiati di posto col sesto e settimo. Le divergenze tra le due edizioni sono queste principalmente, che nella più antica mancano: la prima lettera ai filosofi francesi, il proemio dell' Hennequin intitolato* Excubitor seu apologetica declamatio, *il* Catalogus articulorum *coll' aggiunta delle* Pythagoricae et Platonicae Peripateticis imperviae assertiones, *e infine tutte le ragioni esplicative, siano pure o staccate dagli articoli, o fuse con essi. A parte queste mancanze, le differenze delle due edizioni sono lievi, e si riducono a poche emendazioni di stile, a qualche correzione o anche scorrezione tipografica (v. p. 135. 15 e p. 172. 2 ed. Fior.), e infine alla numerazione degli articoli che nell' antica edizione sono (non contando la conclusione) appunto cento venti, com' è detto nel frontespizio, e nella nuova invece ottanta soli. In quanto alla numerazione è da notare che nell' indice o* Catalogus articulorum *dell'* Acrotismus *i numeri romani si riferiscono alla nuova edizione* (¹), *e gli arabi all' antica. Il che spiega l' anomalia che i numeri* 57, 62 *e* 112 *non hanno riscontro nel nuovo testo, perchè si riferiscono a tre articoli della prima edizione soppressi nella seconda. (Vedi più appresso p. 223, 21. 26; 224, 17. 18). E questa è un' altra prova che la seconda edizione, come ha già ben notato il Sigwart, richiama l' antica, a cui e il titolo* rationes articulorum, *e l'* etc. *in fine del frontespizio evidentemente si riferiscono. Qui appresso riportiamo la collazione, che a nostra preghiera si compiacque di fare il Dr. Lutoslawski dell' Università di Kazan, al quale rendiamo, anche a nome dei lettori, i ben dovuti ringraziamenti. Le pagine e linee sono dell' edizione del Fiorentino.*

---

p. **55**, **l. 17** *om.*

56, **8** (o regum maxime) | **10** *om.* | **11** domino D. Iohanni Filsackio | **12** Iordanus Brunus Nolanus

57, **3. 4** devinxistis, ubi vestro suffragio mihi tum regiae publi-

(¹) *Il n. LIX di p. 75, 22 (ed. Fior.) deve trasportarsi al v. 8.*

caeque cathedrae, tum et privatarum plurimae pro animi mei arbitrio patuere: nec non continua | **13** in *om.*

58, 2 excitationem | **10. 81, 35** *om.*

82, 7 *om.*

83, 7 *om.* | **8** corpora | **12. 93, 5** *om. E così sono omesse tutte le 'Rationes' degli articoli successivi*

93, 6 SECUNDUS ARTICULUS.] 2. *E così tutti gli articoli seguenti sono indicati con la sola cifra araba; perciò in seguito indicheremo soltanto le discrepanze nei numeri*

98, 7 sibi *om.*

117, 12. 15 Non enim — aemulatricem? *om.*

133, 22 continguantur

135, 13 in (*senza* ex)

156, 18 *ha soltanto* 18 *invece di* (Vide 81)

157, 9 Ex suis principiis cogitur (velit nolit) fateri Aristoteles

160, 30 invenietur

167, 7. 168, 16 *om.*

168, 20. 26 *om.*

169, 5. 170, 8 Nos enim — coeli differentiis *om.*

170, 14. 171, 2 *om,*

171, 5. 11 quae non magis — minime rectus *om.* | **15. 17** quia — demonstrabimus *om.* — **18. 19** ⟨57. Nullum est simplex quod moveri possit praeter aërem, sicut et aliud ullum corpus simplex ne imaginari quidem possumus, ni ad atomos recurramus.⟩ 58. Quid absurdius *etc.* | **21. 24** si metalla — composita? *om.*

172, 1 LVIII.] 59. | **5** ⟨60.⟩ Dicamus igitur | **9** transferentur. ⟨61.⟩ Omnes motus (*om.* quare) | **11. 12** et imitantur. ⟨62. Ignis qui est apud nos si non quiescere possit alicubi, in aërem quaqueversum ferri videtur, minime autem sursum tantum. 63.⟩ Nullam (*om.* igitur) corporum | **15. 17** Quandoquidem — interea *om.* | **17** ⟨64.⟩ Pessime | **22** LIX.] 65. | **25. 26** ⟨66.⟩ Propterea

173, 2. 7 incorporeis — quod. *om.* | **7** ⟨67.⟩ Quemadmodum | **13** LX.] 68. | **17. 18** ⟨69.⟩ Dicimus ergo | **19** spacio | sive] sinu | **20** ⟨70.⟩ Universum (*om.* Unde) | **26** ⟨71.⟩ Mundorum

174, 6. 175, 6 *invece di* LXI. LXII. *e* LXIII. *ha* 72. 73. *e* 74.

175, 19 ⟨75.⟩ Illud ergo

176, 1. 2 ⟨76.⟩ Licet etiam | **2** ingenitum incorruptibile | **4** corrumpatur? | **6** quale hanc] ut hic | **8** ⟨77.⟩ Perpetua | **11. 12** composita non existant) ubi primum | **16** LXIV.] 78. | **21** quam] quem

177, 4 LXV.] 79. | **12** vivificans. 3. ⟨80.⟩ Astrorum | **14** ⟨81.⟩ Inter haec | **23. 24** inducit. 3. ⟨82.⟩ Tellures

178, 9 ⟨83.⟩ Astrorum vero | **16** LXVI.] 84. | **25** ⟨85.⟩ Necessario igitur

179, 4 elongationi | **8** ⟨86.⟩ Haec si ita sint (Dii boni) quam longe | **14** orbes *om.* | **15** LXVII.] 87. | **25** ⟨88.⟩ Hinc Saturnus

180, 17 LXVIII.] 89.

181, 11 Aristoteles? 6. ⟨90.⟩ Detur igitur, *e così costantemente nei rimandi è soppresso il* 'vide' | **12** quoquoversum | **18. 19** divinioribus corporibus agnoscimus | **22** ⟨91.⟩ Astra igitur

182, 3 nempe] utpote | **6** LXIX.] 92 | **11** moventur. ⟨93.⟩ Non bene | **17** LXX.] 94. | **26. 27** aqueum—gravissimum *om.*

183, 1 LXXI.] 95. | **13** LXXII.] 96. | **15** immobilique] immobili | **21** ⟨97.⟩ Nullum interea

184, 11 ⟨98.⟩ Hinc est | **24** LXXIII.] 99.

185, 2 ⟨100.⟩ Ibi ratione | **7** LXXIV.] 101. | **11** de *om.* | **14** ⟨102.⟩ Porro partes | **22** ⟨103.⟩ Effluxus igitur

186, 5. 6 eveniet | **11** ⟨104.⟩ Contra naturam | **12** non *om.* | **16** ⟨105.⟩ Nihil ergo | **19** ⟨106.⟩ Longe | **22** feretur | **23** ⟨107.⟩ Imo dicimus | **26** ⟨108.⟩ Motus quoque | **29** proprio] centesimo secundo

187, 1 LXXV.] 109. | **6. 14** alio quoque—ab aqua *om.* | **15** *e* **24** LXXVI. *e* LXXVII.] 110. *e* 111.

188, 1 quomodocunque—deorsum *om.* | **4. 6** concurrunt. ⟨112. Si gravissimum in medio debet esse, compositum id sit oportet. (*sic*) In quo maxime aqua praedominetur: quare purum terrae illud elementum eius corporis centrum obtinere impossibile est.⟩ 113. Aut elementum *etc.* | **8** numquam | **10** quale—proportionale *om.* | **11** ⟨114.⟩ Satis autem est | **14. 16** praeter minima. 36. 37: 115. Non bene inde *etc.*

189, 1 acceperit. ⟨116.⟩ Cur aqua | **7** ⟨117.⟩ Si omnia (*om.* item) | **14** LXXX.] 118. | **19. 22** neque levis. (*om.* relinquitur—Quocirca bene) ⟨119.⟩ Plato *etc.* | **26** Aristoteles. ⟨120.⟩ Gravius (*om.* sicut etiam, cum) | **28** ex paucioribus. ⟨Finis.⟩

190, 2 ⟨121.⟩ Videant igitur *etc.*

DE LAMPADE COMBINATORIA

ET

DE SPECIERVM SCRVTINIO.

I fogli del testo della 'Lampas Combinatoria', stampati a Wittenberg nel 1587 con una prefazione al Senato di quella Accademia, furono utilizzati nel volume pubblicato a Praga nel 1588 con un frontespizio nuovo, con una prefazione a Guglielmo di S. Clemente (in sostituzione della dedica al Senato dell'Accademia di Wittenberg) e col trattatello 'De specierum scrutinio' (v. Frith, 'Life of G. B.' p. 333). Questo volume di Praga è riprodotto tutto (eccetto il frontespizio) nelle edizioni Zetzneriane del Lullo (1598. 1609. 1651. = A. A². A³; cf. vol. II, 3 prefaz. p. III); invece il frontespizio del 1587 e la dedica al Senato non ebbero altra ristampa oltre quella del Gfrörer. Noi diamo la collazione intera della edizione originale di Wittenberg-Praga (P) e di quella del Gfrörer (G); invece delle edizioni A A²A³ attestiamo solo quello che espressamente citiamo, e di regola non le menzioniamo se non quando alcuna di esse ha già la variante che occorre nel Gfrörer. Inoltre si troverà alcune volte nelle nostre note menzione di un esemplare Augustano, per cui vedi Stölzle in 'Archiv. für Gesch. der Philos.' III p. 390 sq., e la nostra prefazione al terzo volume.

In questo primo frontespizio G ha IORD. BRUNUS e quocunque *e* qualemcumque *e* rationem ⟨lucretur⟩ *e* cujuscunque *e* Wittebergae.

IORDANVS BRVNVS NOLANVS.

DE

LAMPADE COMBINATORIA LVLLIANA.

AD

INFINITAS PROPOSITIONES ET MEDIA INVENIENDA,
AD DICENDVM ET ARGVMENTANDVM IVXTA MODVM HABITVS,
QVO SALTEM QVISPIAM DE QVOCVMQVE SVBIECTO DESCRIPTIVAM
QVANDAM ET QVALEMCVNQVE QVID NOMINIS HABEAT RATIONEM. EST ET VNICA CLAVIS
AD OMNIVM LVLLIANORVM (CVIVSCVNQVE GENERIS) OPERVM INTELLIGENTIAM,
ET NON MINORA PLVRIMA PYTHAGORICORVM CABALISTARVMQVE
MYSTERIA CONSEQVENDA ETC.

AD

AMPLISSIMVM WITEBERGENSIS
ACADEMIAE SENATVM.

WITEBERGAE,

ANNO M. D. LXXXVII.

AMPLISSIMO EXCELLENTISSIMOQVE a 2r 623

D. D. RECTORI ET WITEBERGENSIS ACADEMIAE SENATVI

IORD. BRVN. NOL. S. P. D.

Non usque adeo generosi cordis esse crediderim, celeberrimi clarissimique DD., irae impetu non capi, indignationis livore non infici, et oblatas iniurias aequo perferre animo, ulcisci nolle, moxque etiam heroicae cuiusdam magnanimitatis aspergine e memoriae libro obliterare, quam ex alia parte vilissimae, mortalibus Diisque invisae conditionis animum, qui ultro pro susceptis beneficiis ingratus, pro viribus nulla ratione respondeat. Mihi sane nihil esse videtur tanta indignitate efficax ad humanas divinasque gratias repellendas, nihil quod cum eiuscemodi tartarea lue collatum, ita scutum, immo aeneum montem spirituum oculis obiiciat, quo tanquam Gorgoneo vultu ani|morum universorum species, corda et ingenia cogat a 2v
esse aversa, vel in duros implicabilesque lapides convertat. Quem etenim Deorum finxerim, qui idem actionum suarum habeat rationem, et in huiusmodi campum donorum suorum segetem debeat effundere? Quid igitur, doctissimi praestantissimique DD. faciam, ne tot tantisque vestris provocatus officiis, tam putidae foeditatis videar intinctus

---

2. 3 D. D. Rectori et Senatui witebergensis academiae Iordanus Brunus Nolanus S. P. D. *traspone G* 13 eiuscemodi *P*: ejusmodi *G* 21 DD. *P*: Domini *G*

atramento? Nunquid ubi compensando nihil valeo, praedicando tamen, adtestando et beneficia vestra recensendo, haud dissimulantis ingratique animi notam, quantumvis crasso incultoque stilo conatus exprimere, aliquid in meam causam promovebo? Ego sane quod omnium interesse scio, ad | universos refero faciendum, pro tanta universitate, **624** in amplissima, augusta, potentissimaque Germania, principe, summis (quae illi debentur) laudibus efferenda, nempe ad quam ex omnibus Europae (quae sola disciplinarum o|mnium mater est atque servatrix) regionibus, haud teme- **a 3r** rata expectatione non solum auditoribus sed et professoribus pro capacitate facilis, liber gratusque patet accessus et incolatus. Caeterum quod ad me spectat, tanta humanitate a vobis principio exceptum, tanta per anni spacium hospitalitate retentum, quem tanta benignitate ita veluti collegam atque domesticum habuistis, ut mihi quidlibet potius quam esse extraneum in domo vestra potuerit occurrere, quid (Dii boni) faciam? Musas, Musas ipsas inclamabo, implorabo, obsecrabo, adiurabo. Illud etenim vos movisse credo, quod inter principes, ubi mutuis concertaverint officiis, usu venire consuevit, qui non tantum in curiae proceribus, sed et interdum non minori diligentia in minimis servis atque administrantibus obsequium erga proprios dominos adtestantur. Haud aliter et vos me suscepistis, acceptastis et mecum ad hanc usque diem benignissime tra|ctastis, hominem quippe nullius apud vos **a 3v** nominis, famae aut valoris, e Galliae tumultibus elapsum, nulla principum commendatione suffultum, nullis (quae vulgus suspicere solet) externis insignitum ornamentis,

---

1 Numquid *G* 4 stylo *G* 14 spatium *G* 22 curia *G* 28 suffulctum *P*

neque (barbarorum immitis disciplinae hominum perfidorumque iuris gentium temeratorum, eorumque more, quibus illud coelum clausum debet esse atque terra, quam hominibus cunctis vel communem vel socialem a natura ordinatam vel denegant vel nefasta exitialique ratione concedunt) in vestrae relligionis dogmate probatum vel interrogatum, sed tantum quod non hostili, sed tranquillo generalique philanthropia praeditum spiritum, philosophicaeque professionis titulum (quo tamquam minime schismatico et divortioso, minimeque temporibus, locis occasionibusque subiecto, maxime gaudere gloriarique | volo) prae **625**
me tuli et ostendi, solum quod in Musarum curia alumnus essem, vobis satis esse potuit, ut dignum | existimaretis, **a 4r**
qui gratissimis ulnis a vobis exciperetur, in album referretur academiae, et in adeo nobilissimorum doctissimorumque numero computaretur, ut non veluti privatam scholam, non praeservatum quoddam conventiculum, sed (quod Germanicas Athenas decet) vere universitatem agnoscerem. His adde, quod cum (pro more ingenii mei) nimis forte amore mearum opinionum raptus, talia in publicis illis lectionibus expromerem, qualia non vobis probatam modo, sed et pluribus seculis et quasi ubique terrarum receptam convellerent philosophiam, vos qui philosophari neque ultimum neque apprime medium finem statuistis, quosque in huiuscemodi studio sobrietatem praeferentes quandam, peregrinis inauditisque capi non iuvat disciplinis, sed illud tantum physices matheseosque genus acceptatis, quod cum catholica theologia consuevit esse coniunctum, quodque ad certum pietatis genus conducibilius | videtur **a 4v**

5.6 concaedunt *P* 6 religionis *G* 8 philantropia *P* 9 tanquam *G*

et adcommodatius, utpote christianae congruentius illi simplicitati, quae apud vos maxime comprobatur: iam quamvis ea in vestro proponi videretis auditorio, quae licet itidem in regiis Tolosae, Parisiorum et Oxoniae auditoriis obstrepuerint prius, neque ulla ratione aliquod theologiae relligionisve genus in rei veritate oppugnent, ut mihi eruditiores quosque adstipulaturos perpetuo certe scio, quia tamen nova, non hactenus recepta, quia ex primo vultu abstrusa, horrida et absurditatis prae se ferentia speciem, vobisque pietati magis intentis curiosius philosophari minus consulitur, et quia non convenire videtur studiosos vestros tandiu in atriis philosophiae commorari, ut vel nunquam, vel sero, vel aegrius templum vobis approbatae theologiae congrediantur, quod accidet, si aliter eruditi, pro recentioribus addiscendis, ita velint dediscere vetera, ut per extraordinarias et minime praescriptas sibi semi|tas || atque portas attentare velint ad sa- **a 5r 626**
cra aditum et ingressum: quibus ita se habentibus hîc, non (pro more unius vel alterius cuiusdam loci) nasum intorsistis, non sannas exacuistis, buccae non sunt inflatae, pulpita non strepuerunt, in me non est scholasticus furor incitatus, sed pro humanitatis doctrinaeque vestrae splendore ita rem gessistis, ut et pro vobis, pro aliis, pro me, pro omnibus, omniumque vice sapientes esse videremini. Ita enim alienum velut aegrotantem spiritum medica quadam arte atque pacientia compressistis, ut ea ipsa, quae vos palam pro longanimi quadam benignitate non arguistis, ego ipse ex animo reprobarim. Interim et philosophicam libertatem illibatam conservastis, hospitalitatis

---

4 Tholosae *P* 6 religionisve *G* veritate *G*: veri-| (*sic*) *P*
12 tamdiu *G* 19. 20 intorxistis *P* 26 patientia *G*

vestrae candorem non commaculastis, eximium universitatis decus splendescere fecistis, innatae gravitatis in rebus gerendis rationem non temerastis; nihilo enim minus peregrino et exuli socialem vo|biscum vitam agere, ad eas **a 5v** se privatas recipere lectiones atque studia concessum, quorum' duntaxat suffragio paupertatis iniurias hactenus reppulisse licuit. His accedit, quod vos interea maligna quadam plurium calumniatorum nequitia importunius sollicitatos, ab ordinaria illa urbanitate, favore, perpetuoque de omnibus benemerendi studio neque avertit neque dimovit unquam. Iam (me miserum) quid agam, a quo tantum abest, ut virtutis vestrae effectus aliquo digno munere ignotus antecesserim, utque vestra officia pari vel impari fuerim concomitatus obsequio? Cur non eo saltem, quo possum, gestu atque voce, quanto omni ex parte impotens, tanto avitis carens indicibus atque testimoniis, excruciatus amplius, ubi meam me attollendo imbecillitatem vincere nequeo, dignus saltem, qui eam vincere possim, haberi procurem? Porro non mediocriter animus reficitur inque spem futuri grati obsequii mei promovetur, in me|moriam **a 6r** revocans, heroicos spiritus illis adsimilari Diis, qui aequioribus oculis ad obolum viduae ex arca paupertatis | de- **627** promptum, quam ad regium munus, quod ex myriade talentorum subtrahitur, inspiciunt. Quamvis igitur vos propter me de principibus Musis optime meritos a superis universorum benefactorum compensatoribus certa manere praemia non diffidam, pro mea nihilominus tenuitate munus istud exiguum (si tamen exiguum dici potest, quod certe ad vestram dignitatem relatum nihil esse omnino videtur) vobis confidentius oblatum esse volo.

---

4 ⟨et⟩ ad *G* 6 iniurius *P* 7 accaedit *P* 22 archa *P*

Hîc super illius adinventionem excolendam elaboravimus, cuius genium summi philosophorum principes habiti admirantur, persequuntur, imitantur; unde Scotigena theologicam metaphysicam, vel metaphysicam (quam scholasticam appellant) theologiam, cum subtilibus aliis extraxisse constat; a quo admirandum | illud vestratis Cusani quanto **a 6ᵛ** profundius atque divinius, tanto paucioribus pervium minusque notum ingenium, mysteriorum, quae in multiplici suae doctrinae torrente delitescunt, fontes hausisse fatetur; a quo novus ille medicorum princeps Paracelsus (ille inquam, qui in alio non inferiore medicinae genere solus cum Hippocrate primus sedere debet) quidquid animae habet atque corporis accepisse convincitur, quamvis insobrie ingrato ultraque modum ambitioso honor iste non sufficiat, quod ideo tantum ipsi iure debeatur, quia e seminibus, quae Lullius sparsit et occuluit, ipse peracto quasi maturitatis tempore solus fruges noverit emetere, ad ulteriorem praxim revocans universa. Iam vero de Lullio nusquam ipsum meminisse video, nisi ubi exoptatior illi detrahendi locus occurrit. Sed certe quod ad huiusce generis medicinae principia, fundamenta, magnumque ad ulteriora progressum spectat, nemo (utriusque mo|numentis etiam leviter inspec- **a 7ʳ** tis) non videbit, usurpatorem furemque ea suum arte latrocinium occultare, qua Maioricanam illius sindonem, contrafactis titulis et portentositate novarum inscriptionum aliisque confictis methodis et ordinibus, vel hîc convertit in pallium, vel ibi in Hel|vetica femoralia dilaniat, nec non **628** terminis quibusdam mutatis, quasi alios ubique superindu-

4 methaphysicam, vel methaphysicam *PG* 8 misteriorum *P* 9 delitescunt] *per il significato da attribuire a questa parola v. sopra a p. 180, 21* hauxisse *P* 11.12 Hypocrate *P* 14 quod *P*: qui *G* 21 syndonem *P* 27 foemoralia *P*

cere colores attentat, ut ubi ille B appellat lucem, hic dicat ignem; ubi ille C oleum, hic sulphur; ubi ille D fumum, hic Mercurium; ubi ille E cinerem, hic salem, et ita de caeteris.

A Lullii sufficientia ebibita nomen atque gloriam sibi comparare studuit ut plurimum magis suo testimonio vanae, quam plurimorum iudicio contemnendae sufficientiae Cornelius Agrippa, qui propriis super haec commentariis non tam Lullium quam se ipsum illustrare elaboravit. Mitto quantum Lullio tribuat mille in propositis | Stapulensis ille **a 7^{v}** Faber, in cuius unica philosophia iuxta Peripateticorum dogmata Gallia gloriatur; mitto Carolum Bouillum, non tam (si Aristarchorum ferulae subiiciantur) orationis stilo Fabro ipso humilior, quam (si e cathedra philosophiae examinentur) ingenio illustrior iudicioque in multiplici disciplinarum genere maturior et excultior, qui de Lullii vita scripsit, Lullianae doctrinae edit ubique specimen et ubique pro summo habet honore, ut Lullianus appareat.

Quamplurimos tandem obscurioris famae viros praetermitto, qui nisi vel laborem pertaesi, vel gloriae vitam anteferentes, vel aliis necessitatis compedibus essent impediti, aut etiam propter rarissimum lucis verae margaritarumque verarum iudicium non contemnerentur, aut in pulvere non sublaterent amplius, procul dubio vel similia iis similes assererent, vel si neque praedictis inferiores fuerint neque pares, longe maiora con|testantes Raymun- **a 8^{r}** dum Lullium revera divinitus in multorum peritia illuminatum profiteri non cunctarentur.

Ego igitur quamvis haec, ut monumenta maiorum

---

1 hîc *P*   13 stylo *PG*, *ma cf. p. 230, 4*   14. 16 humiliorem — illustriorem — maturiorem et excultiorem *corregge G*

meorum adinventionesque referunt, magnifacienda iudicem, si tamen ad insignem doctrinam dignitatemque vestram et id, quod ex me meum vobis offerri puto, animum advertero, haec ipsa, quae de muneris tenuitate retuli, minime retractabo. Qui enim hinc tibi, D. M. | Otto, usus, **629** ubi nihil canonum, quod ita dignum arithmeticum tuum laborem sublevare possit, nihil quod nequicquam te ab ita nobili studio non abstraheret? Qui tibi, egreg. D. M. Grunni, qui quam digne professionis tuae titulum fueris assequutus, et ipso nobis vultu Aristippicum acumen natura satis testari voluit? Quidquid certe aliis ingeniis per Lullianam inventionem posset accedere, ipsum ab ipsa proprii spiritus vivacitate possidere videris. An et tua animadversione di|gnum quippiam producimus, D. M. And. **a 8v** Franckemberger, illius dignissimi cultor artificii, quod admirabilem quemlibet effectum eo illustri splendore verborum antecellit, quo ita hominum quosdam Diis proximiores censendos esse ducimus, ut ipsam hominum speciem maxime facultate sermonis a brutorum similitudine novimus esse seiunctam? Num melancholicae huius (quae Lullio caeterisque philosophis cognata videtur esse) barbariei tibi, disertissime D. M. Reicharde, poterit arridere gustus atque sonus, post epotos nectareos Tullii liquores dulcisonique eloquii (quale velut e campis elysiis exsuscitare niteris) haustam harmoniam? Convenietne, tersissime cultissimeque Poëta, D. M. Albine (quo rectore ut prima ita et potissima academiae sum expertus officia), ad blandisonas Musas, auricomique Apollinis cultum, pannosam Diogenis

---

5 Quis *G* D. M. *P* : Domine Magister *qui ed in seguito G*
7 nec-| quicquam *G* 8 Quid *G* egregrie (*sic*) Domine Magister *G*
10 Aristyppicum *P* 15 Franckenberger *G* 20 melancolicae *PG*

togam, inculti hispidique eremitae cucullum accedere? Cur non nefas ominosumque ha|bendum, (a 1^r^) barbatum lanutumque supercilium, nuptiali cultura carens atque veste, heliconium museum introire? Idem tibi, D. M. Nic. Theodene, dictum existima, qui quali quantaque dignitate ulmis Latii conveniat Atticas adiungere vites, optime nosti, quique iam olim Athenis aliisque Graeciae studiosae regionibus defunctas oratorum poëtarumque Musas hisce in locis vigere, luce coeloque frui iubes. Quod vero ad te, D. M. Valentine Schindlere, qui sensum sacrum littera sacra | **630** notari curas, indicem accentumque sacrum sibi magis cognatis sacris vocibus personari, nec non sensus ipsius fructus quasi e propriae arboris (idiomatis videlicet) ramis, minimeque peregrinorum alienorumque verborum frondibus ornatum, velatum amictumque liceat intueri; in tuis atriis Lullianum hoc opus feliciter digneque haud dubie exciperetur, si ita materiae huic linguae subiectae esset pro rerum gravitate comparabilis, sicut non est pro habitus ser|monisque (a 1^v^) simplicitate (qualis scripturae divinae interpretandae gravitatem, puritatem maiestatemque decet) contemptibilis. Ita quippe dedecere videtur divinarum interpretem literarum forensis illius eloquentiae pompam vel poëtices virgineam aemulari venustatem, quemadmodum si coram matrona, honestissimis sanctissimisque liberis, canutum, barbatum annosumque patremfamilias videas purpuratum, annulatum, cincinnulatum, corollatum floribus, iuveniliter pueriliterque gestientem, quasive ad novas

---

1 heremitae *P*   2 *in P la segnatura del secondo quiderno (di quattro fogli) è eguale a quella del primo, e noi la notiamo in parentesi*   4 Musaeum *PG*   9 lueeque et coelo *G*   te ⟨attinet⟩ *G*   12 fructum *G*   13. 14 nimimeque *G*   18 *e* 21 comparabile *e* contemptibile *G*: *piuttosto l.* materia—subiecta *a v. 17*   19. 20 interpraetādae *P*   27 vel quasi *G*

luxuriantem suspirantemque nuptias se praebere, nec tanquam pro gravitate verendum, sed pro venustate complectendum, basiandum et suaviolis excipiendum.

Num hîc tibi quippiam tua professione dignum, Doctor excellens D. Strubi, qui ita astronomiam cum medicina coniungis, ut iuxta modum peritiae astrorum, motuum coelestium et temporis vicissitudinum, neque pro subiectorum varietate varium te | fallat experimentum, neque te **(a 2ʳ)** praevenientem occasio praeceps frustretur, neque te sedulum breve possit perperam effugere tempus? An vero tibi, praeclarissime D. D. Scato, ubi gravissimum philosophiae iudicium cum probatissima medicinae peritia copulasti, ubi finem studiorum tuorum tam feliciter assequutus et mentis erudiendorum formator et corporis curandorum reformator optimus existimaris? Non est, o Musis omnibus circumsepte Poëta D. D. Maior, quod ad has voces atque dictiones Pierides istae tuae, quas e disertis Pegaseis fontibus | Parnassiisque iugis ad cultos Leucoreos campos **631** Albisque fluminis ripas allexisse et attraxisse videris, convertantur. Tibi vero, egregie, magnifice atque docte philosophici collegii Decane D. M. Gronebergi, quid hîc occurrere posset, quod digne ab iis, quae te magis aggravant, occupationibus debeat abducere? Forsan cum Aristone Chio Cynicorum complexus sententiam, hoc opus, ut et physica et logica et id genus alia, tamquam telis **(a 2ᵛ)** aranearum similia (quae cum plurimum habeant artificii, substantiam corporis studiosorum exenterantia et eviscerantia, minimum tandem est utilitatis quod adferant) contemnes, interimque cum philosophis istiusmodi magis amore ethicorum, politicorum et oeconomicorum capiere

---

13 foeliciter assequtus *P* 25 tanquam *G* 30 Eth. Polit. *P*

studiorum. Vos quoque, peritissimi solertissimique artis Apollineae professores, D. D. Valentine Espich, D. D. Franc. Faber, D. D. Alberte Salomon, non est quod a tantae scientiae peritiaeque usu atque doctrina ad organum atque disciplinam istam, quae artibus viam sternit artesque attrectat, deflectamini conspiciendam; cur etenim a principum conclavi, ubi digne cum Avicenna Cordubae regulo, Mesuë regis Damasci nepote, Hermete Aegyptiorum, Mithridate Ponti, Salid Arabum, Sabor et Gyge Medorum regibus consedetis, ubi cum Apollinis filio Aesculapio, Heroum spirituumque | magnorum principe Raphaële, cum **(a 3r)** ipso Dei cunctipotentis filio atque legato, universarum gentium conciliatore atque redemptore, artem divinitus ordinatam, sancitam acceptamque exercetis: num (inquam) digne extra fores et in atrium pulsantium officialiumque locum revocaremini? Id ipsum quoque vobis dicendum existimo, famosissimi consultissimique I. V. DD., qui circa rationem curae RR. PP. nobilissime versamini, D. D. Petre Hegi, et D. D. And. Reuchbart, argutissime acutissimeque D. D. Eberhart a Weyhe, spectabilissime profundaeque doctrinae D. D. Iohan. Limmere, tuque consanguinitate propinque, fama pro|xime, sufficientia simillime, loco ti- **632** tuloque par, cognomine idem cum magno illo iuristarum germanorum coryphaeo, clariss. D. D. Petre Wesembeci, mirum si vobis vacet et placeat oculos ad munera Lulliani ingenii divertere, quos (ut decet) omnino ad summum il|lud Deorum munus divinamque hominum possessionem **(a 3v)**

1 solertissique (*sic*) *P*: selectissimique *G* 8. 9 Mitridate *P* 9 Gigo *P* 11 ⟨cum⟩ Heroum *G* 17. 18 consultissimique juris utriusque Doctores, qui circa rationem curae reipublicae (*avrebbe dovuto scrivere* rerum publicarum) nobilissime *G*, *e similmente altrove* 20 Vueyhe *P* 23 cognominis *G* 24 corypheo *P* Vuesembeci *P*: Wesenbecci *G*

convertistis, fixistis, intendistis; munus inquam, quale per principes gentium, duces et pastores populorum, Zoroastrem, Trimegistum, Charondam, Solonem, Zamolxim, Platonem, Minoëm, Numam, Romulum, Mahumetum, Mosen, et non unius gentis, sed omnium unicum summumque pastorem Christum communicasse dicuntur numina, Oromasis, Mercurius, Saturnus, Minerva, Vesta, Iuppiter, Apollo, Egeria Nympha, Mars, Gabriel, Deus Hebraeorum Iehova, et Deus omnipotens, pater omnium et dominus universi. Numquid et vobis admodum RR. DD. divinae sapientiae professoribus D. D. Andrea Iodoche et famosissime D. D. Ioh. Matthee, licebit quasi per ocium rebus ipsis, imo ipsi quod est intentis, ad umbras rerum oculos aliquando retorquere? Decebitne coelestis doctrinae cultores inque agro magni patrisfamilias aratrum iugi | (a 4r) meditatione contrectantes, quasi ad retrospiciendum invitare? Multo minus et te decuisse licebit in superiori gradu constitutum, reverendiss. praesul D. Polycarpe Leysere, qui in duplici principum doctorum cathedra successor dignissimus haberis. De tuo vero ingenio, excellentissime admodumque R. D. Geor. Myli, istius academiae dignissime Cancell., proque optima eius fortuna perpetue administrator atque moderator, quid dicam? Ubi virtutum omnium gratiarumque cumulum ita clarissime apertissimeque licet omnibus inspicere, ut hoc tantum contra te livor habere possit, ut vel de te sileat, vel alacrem illam vivacitatem spiritus, iudicii solertiam, prudentiam in negociis perficiendis, ignitamque illam facundiam, qua in multiplici

---

2. 3 Zoraastem, Trimegistum *P*: Zoroastem (*sic*), Trismegistum *G* 7 Jupiter *G* 8 Aegeria *P* hebeorum (*sic*) *P* 10 RR. *P*: reverendis *G* 12 Matthee] *sic PG* otium *G* 18 reverendissime *G* 20. 21 admque (*sic*) *P* 21 reverende *G* 22 cancellarie *G* proque—fortuna *in parentesi PG*

lingua praepolles, velut immoderata incuset; | huic enim **633** soli iniuriae locus esse potest, ubi virtutum splendori nil est quod addi possit. Quid plura? Satis contra calumnias universas | armatus et ad laudes omnes digne expositus **(a 4v)** quilibet esse poterit, si quando tibi similis efficiatur. Te igitur, amplissime, excellentissime clarissimeque D., principis istius acad. Rector D. Iohannes Zangere, V. I. D., qui universitatem istam tanta doctrinae tuae sufficientia honoras, tanta gravitate regis, tanta dignitate conservas, quique adeo promptae praefulgidaeque orationis tuae specimine componis universa: te, inquam, cum admodum illustri (cui praesides) senatu, certiorem esse velim, me non adeo desipere, ut celsitudine conspectus vestri dignum opus istud umquam existimarim. Quocirca ipsum haud quidem eo consilio oblatum dedicatumque creditote, quo vobis evolvendum, legendum examinandumque praesentetur, sed eatenus tantum titulo inspiciendum, quatenus, pro virili, humilis observantiae meae testimonium qualecumque perhibeat. Valete.

---

7 academiae *G* utriusque juris doctor *G* 14 unquam *G* 16 presentetur *P* 18 qualecunque *G*

IORDANVS BRVNVS NOLANVS. b 1r 634

DE LAMPADE COMBINATORIA LVLLIANA.

—

Cap. I. PROOEMIVM.

Quoniam vulgatum satis est in arte Lullii eiuscemodi universalia principia contineri, ut iis iactis veluti fundamentis, de quolibet scibili omnibus numeris examinando, confirmando et defendendo, apte inquirere, copiose invenire, maiorique certitudine iudicare possimus, difficilia enodabo, confusa distinguam, abdita aperiam, obscura elucidabo. Licet enim libentius aliquid ex nobis invenire, et unicuique, pro more, sui laboris et industriae fructum relinquere, quam in alienas fruges excolendas atque triturandas manum convertere nobiscum consulatur, nihilominus tamen considerantes artem istam talem quidem esse, | qualem di- b 1v vinus certe Genius rudi incultoque insinuavit eremitae, quaeque a plus quam satis crasso et idiota profecta videatur, id | tamen continet, quod tanto alicuius famosi Attice 635

---

1 Iord. *G*, *che annota* '*Hic tractatus Bruni plurifariam impressus est: primum Vitebergae anno 1587, secundo Pragae simul cum praecedente, qui de specierum scrutinio agit, anno 1588; post Argentorati iterum prodiit operibus Raymundi Lullii collectis insertus. Nos has iteratas editiones sedulo inter se contulimus, exque iis textum castigavimus.*' *Cf. sopra p. 226* 3 Cap. I. Proœmium *P*: Prooemium. Cap. I. *traspongono* $AA^{2-3}G$ (Cap. A^3G: Caput AA^2) 15 heremitae *P*

loquentis in hoc genere studium antecellit, quanto triticeae messes hordeaceas, indignum iudicavimus hoc opus tandem ad lucem adversus obruentum tenebrarum reluctans invidiam, opprimi, frustrari, deperdi. Illud ergo adhibuimus studium, ut plane Cimmericum illustraremus, claudicantem erigeremus, nutantem confortaremus, totiesque a temporum iniuria veluti retroactum ad propositam metam perduceremus. Disertorum interim humanistarum grammatistarumve maiestatem suppliciter deprecamur, ut pro diversorum ingeniorum fructibus comparandis pacifice nos permittant, in propriis versando terminis, magis veram certeque optimam ipsissimamque, quam ornatam, fucatam et certe inanem, atque in hoc proposito vanissimam persequi loquendi formulam; illudque (si falli nolint) nobis credant, quod quantum suo (si Diis placet) Tullio consultum esset, a civilibus causis ornata cum persuasione et aulica forensique cultura eventilandis, ad intentandas serias dignissimasque rerum speculationes, ad principiorum essentialium proprietates, ita ut melius fieri potest, proprie explicandas inclinare, tantum certe operae precium esset ab ea (in qua tam | mirabiliter ille excelluit) b 2^r eloquentia deflectere, quemadmodum et quanto sapientia gravioris matronae specimen edere debet, tanto a cincinnulis puellarum compictoque meretricum cultu distet oportet.

Novarum intentionum repertorem antiquam persequi sermonis formam, rara et inaudita vulgaribus consuetisque dictionibus in quibusdam propositis aperire, nil aliud est praeterquam ut manibus impalpabilia contrectare. Sit

1 loquentis *AG*: loquetis *P* 3 obruentium *G* 15 Tullio *AG*: Tulio *P* 20. 21 praecium *P*: pretium *G* 22 sapientiae *G* 23 matrona *G* 29 praeterquam] *in marg.* quam AA^{2-3}

igitur ut libet hisce qui se bonarum artium professores iactitant, propter sermonis (ut aiunt) infantiam, Lullius eo quidem contemptibilior, quo etiam inaccessibilior; nos ad ea, quae sub Silenis hispidis meliora contineri novimus, fovenda, defendenda et pro principa|libus ingeniis conser- 636
vanda non segniter animum advertamus, malimusque interdum velut e matris naturae manibus de limosa terra probatum aurum (quod nullus nisi mente captus contempserit) arripere, quam ad floridos tam forte affabre intextos humanistarum calathos, in quibus in pulverulentis gymnasiis puerorumque culinis deprompta, parta, elaborataque stercora continentur, manus admovere vel oculos convertere dignemur, adulti.

Interim non dubito diligentiam nostram pluribus non male dispositis futuram gratissimam, utpote quae a desperatione finis consequendi, in | quem ars ista collineat, eri- b 2ᵛ
pit, inque spem minime vanam promovet et perducit ad scopum. Nec minus de favoris patrociniique nostri cura erga Lullianum adinventum aequos iudices male definituros reformido, utpote qui id praesto, quo mihi occultum aperienti, confusam massam in seriem certam distribuenti, truncum perficienti, mancum integranti, non minus debeatur, quam primo adinventori. Ita enim intentiones eius disponimus, ut non philosophis excultisque ingeniis modo e pomario Lulliano fructus legere liceat, sed quibuscunque excolendis et ad philosophandum non prorsus ineptis, ut iidem exporrigantur, efficimus, quatenus quilibet iuxta proprii sensus facultatem eam possit nactus esse methodum atque rationem, qua ad unam materiam seu considerationis subiectum conceptus ita per infinitum valeat extendere

---

4 sylenis *P*   9 fortitor affabreque *G*   25 pomerio *P*

atque multiplicare, ut et ad numerorum elementorumque infinitas progredi licet assumptiones coassumptionesque faciendas. Hinc speculativarum facultatum terminos adepti, ad eandem conclusionem seu positionem innumeras exsuscitare considerationes et argumenta, et ad idem argumentum innumeras opponere solutiones facillime poterunt, dummodo vel discursum bene a natura comparatum habeant, vel arte aliqua ratiocinandi formulam mediocriter fuerint assequuti.

Cap. II. DE ORDINE ET PROCEDENDI MODO. b 3r 637

I. Membrum.

Vulgata satis apud Peripateticos caeterosque philosophos est sententia, quemadmodum in iis quorum sunt principia, causae et elementa, ex horum est cognitione procedendum. Cum igitur in praesentiarum eiusmodi nobis pertractanda occurrant, nempe quorum simplicia quaedam sunt causantia, principia et elementa, ut ex eorundem notitia praecurrente procedamus oportet. A partibus ergo ad tota, a portionibus ad integrata regulatus intellectus in horum inquisitione, inventione et consideratione ducatur.

II. Membrum.

Ut igitur in perlegendi scribendique arte a praeapparatis cognitisque elementis ad syllaba|rum constitutionem, b 3v

2 liceat *G* 10. 11 De ordine, et procedendi modo. Cap. II. Membrum I. *traspongono qui e sempre in seguito* (*cf. De Lamp. Venatoria*) *AA*$^{2-3}$*G* 12 Peripateticos *AG*: paripateticos *P*

eque constitutis syllabis ad terminorum seu vocabulorum prolationem manuducitur et expressionem; ita et in regulanda ratione, et intellectus artificiosa formatione, a quibusdam principiis, quae literis plane proportionantur, ad compositionem quandam, quae syllabis est proportionalis, eque hac ad maioris compositionis terminos, velut ad integras dictiones, tentanda est promotio.

III. Membrum.

Tribus igitur existentibus intellectus operationibus, ut philosophorum schola testatur et per se se res ipsa insinuat, quarum prima est simplicium apprehensio, secunda compositio et divisio seu verificatio, tertia discursus seu argumentatio; a prima ad secundam, a secunda ad tertiam est intentanda methodus. Est autem simplex apprehensio actus sive actio intellectus, qua aliquod incomplexum apprehendit, utpote alicuius termini significationem, vel simplicem intentionem, nempe | qua terminus ipse per se sumitur et **638**
non cum aliquo alio complicatum alioque adiectum. Compositio vero prima seu (quam ita proprie dici volumus) verificatio, est actus seu actio intellectus secunda, primam consequens, quae plura | simpliciter apprehensa connectit, **b 4r**
componit, dum invicem haec copulata vel ab invicem dissita valet enunciare. Discursus autem est actio seu actus intellectus, quae ab una ad aliam compositionem vel divisionem, quae ex talibus compositis divisisque consistit, egreditur.

---

1 vocabulorum *AG*: vocabulorem *P* 9 exstantibus *G* 17 terminus *AG*: terminnus *P* 18 aliique *G*, *ma cf. sopra a p. 132, 9* 24 qui ab una *G*

IV. Membrum.

Simplex apprehensio fit, cum terminum seu definitionem, nempe alicuius esse vel essentiam, concipimus absolute et secundum se, ut cum mente apprehendimus significationem huius incomplexi termini Deus; ipsaque proportionatur primo grammaticorum apparatui, qui docet primo cognoscere elementum A. Compositio fit, cum plura simpliciter apprehensa unimus, nempe ubi de uno aliud affirmamus, ut postquam per primam actionem novimus quid significet Deus, quid significet bonum, mox per secundam noscamus dicere Deus est bonus. Divisio fit, ubi plura simpliciter apprehensa concipimus non posse cohaerere, quandoquidem, noto quid significat nomen Deus et quid significat nomen corpus, ducimur ad negandum alterum ab altero, dicendo Deus non est | corpus; et haec actio proportionatur **b 4v** secundo grammaticali apparatui, qui docet connectere consonantem B cum per se sonante A, proferendo syllabam B A, item duarum vel plurium consonantium connexionem absque vocali esse mutam, cognoscendo BC nullam esse syllabam. Discursus sive argumentatio est, cum ex uno composito vel diviso, cum scilicet ex uno affirmato vel negato ad aliud quippiam deductive inde affirmandum vel negandum proficiscimur, ut cum ex hac compositione seu affirmatione Deus est bonus, ad aliquid | aliud compo- **639** nendum procedimus sive affirmandum, dicendo ergo est sui communicativus, vel ad aliquid dividendum seu negandum, dicendo ergo non invidet; et haec actio

13 significet *tutte e due le volte G* 21 affirmato *AG*: affirmâto *P*
25 procedimus A^2G: praecedimus *P*

proportionatur tertio grammaticorum operi, quo in dictiones migrant syllabae, et tandem in orationem conflandam dictiones multiplicantur. Sicut ergo dictiones ipsae syllabas, syllabaeque literas praesupponunt, ita nullus discurrit nisi prius composuerit vel diviserit, nemo dividit vel componit, nisi postquam simpliciter apprehenderit.

V. Membrum.

Praesens igitur pertractatio nostra in tres praecipuas **b 5r**
partes dissecatur. In quarum prima de simpliciter apprehensibilibus tamquam alphabetum proponentes institutionem facimus; in secunda tanquam in syllabas elementa complectentes, de terminorum ad invicem varia compositione; in tertia tamquam ad completam lectionem vel scripturam promoventes, ea quae ad argumentationis et Lullianae structurae perfectionem faciunt indicabimus.

Cap. III. DE SIMPLICIBVS VOCIBVS.

I. Membrum.

Simplices ergo intentiones (quas incomplexos terminos communiter appellant) hae sunt, in quas propositio seu verificatio resolvitur, quae secundum se sumptae nec verum neque falsum significant, sine ipsis tamen nihil verum nihilque | falsum intelligitur aut profertur; **b 5v**
huiusmodi sunt nomina vel verba, quando extra propositionem per sese capiuntur, definitiones item, ad quarum

---

6 apprehenderit *A*[3]*G*: appredehenderit *P* (appraedehenderit *A*: appraehenderit *A*[2]) 10 e 18 tanquam *AG*

constitutionem quamvis plures termini concurrere videantur, unus tamen sunt terminus, quandoquidem sine copula, verbo inquam substantivo, ubi nulla est affirmatio vel negatio, nulla itidem verificatio, nullus poterit esse complexus terminus.

Horum alii appellantur categorematici, alii syncate- **640** gorematici: primi generis sunt, qui per se sumpti aliquid certi et definiti repraesentant; secundi vero, qui non sunt apti ad quippiam, nisi cum alio iuncti termino categorematico, significandum: huius generis sunt signa distributiva, copulae, disiunctiones et (praeter nomina atque verba) id genus alia.

Licet utrumque simplicium terminorum genus usu veniat, ut videbitur infra in rota quaestionum, seu regularum ut Lullius appellat, nos in proposito categorematicorum duntaxat divisionem faciemus.

II. Membrum.

Simpliciter ergo apprehensibilium alia sunt de quibus **b 6r** aliquid dicitur seu subiecta, alia sunt quae de aliquo dicuntur seu praedicata; haec enim sunt, in quae omnis verificatio resolvitur, ut in hac propositione 'Mundus est aeternus', mundus capitur ut de quo aliquid dicitur, aeternum autem ut quod de aliquo dicitur.

In omni igitur verificatione seu problemate nihil est quod ulterius inspicere potissimum possimus praeter duo haec praecipua, quibus adnexi postmodum intelligantur

---

6 categorematici *G*: cathegorematici *P* 6. 7 syncategorematici A^2G: syncathegorematici *P*: *similmente in seguito* 8 repraesentant A^2G: representant *P*

modi, copulae, non quidem ut enunciationis partes, sed ut partium totiusque conditiones atque accidentia quaedam.

Hîc tamen, pro ratione subiectorum et praedicatorum citra errorem habenda, illud est animadvertendum, quantumvis Lullio termini unius rotae vel illis affines atque similes subiecta nominentur, et alii condistinctae alicuius praedicata, non ob eam causam aliquid obest quominus mutuas vices praedicata subiectaque commutare possint interdum; haec enim omnia subiecta sunt, quatenus de ipsis aliquid dicitur, praedicata autem, quatenus de aliquo dicuntur eadem, sicut alia quaestio est, an quod est intensive infinitae potentiae sit Deus, et an Deus sit infinitae potentiae intensive.

II. Membrum. b 6v 641

Porro licet haec ita se habeant in arte ista, ut tamen sit iuxta omnes rationes ordo quidam, subiectorum nomine tantummodo rerum substantias et species intelligimus, nomine autem praedicatorum, ea quae in ipsis et circa ipsa esse intelliguntur universa.

Horum autem alia sunt absoluta, sicut et subiecta ipsa absolutum quiddam sunt, ubi non per collationem et cointelligentiam quandam capiuntur; alia sunt respectiva seu relativa, quae semper intellectum alicuius alius connotant et implicant.

IV. Membrum.

Istis hoc pacto se habentibus, ad simplicium terminorum sufficientiam capiendam praeordinavit elementaria

---

11 quaestio *AG*: quaestto *P*

quaedam Lullius, in quorum uno per elementa novem designantur universa simpliciter apprehensibilia subiecta, in duobus simplicia praedicata, in alio termini syncategorematici, qui adinventionis ordini atque materiae subministrant.

Cap. IV. | DE SIMPLICITER APPREHENSIBILIBVS SVBIECTIS. b 7r

I. Membrum.

Hîc subiectorum nomine intelligimus tum ea de quibus principaliter aliquid affirmatur vel negatur, vere dicitur vel false, tum etiam haec quae principaliter entitatem habent atque subsistentiam; in his enim universa, quae sunt substantia et per modum substantiae significantur, cum istis identificantur, ad ista reducuntur, inque istis comprehensa intelliguntur; universa quoque aut horum sunt species, aut differentiae, aut partes, aut principia, aut proprietates, aut adiacentia, aut primariae, aut secundariae intentiones.

Iam ergo subiecta novem sunt per novem elementa significata, in circulo qui inscribitur nota A.


---

15 compraehensa PAA^{2-3} 20 nota A] nota .S. *P*: TA. *G*: nota AA^2A^3. *In P segue l'annotazione* Figuram vide in fine libri, *e la figura in fatti è su foglio a sè in calce al volume: in* AA^{2-3} *la figura è, come in G, intercalata nel testo, ma in quelle con la nota* Sequitur Figura, *in questa senza nota alcuna; nelle une e nell'altra senza il titolo* Prima figura Lullii *etc., che noi riproduciamo da P. È poi da notare che nella figura originale le lettere B C D etc. sono nel circolo più interno, non nell'esterno come nella figura nostra (=De Archit. Lull. p. 15)*

Prima figvra Lvllii A

idest absolutorum praedicatorum.

642



Ubi B significat Deum, C angelum, | D coelum, E hominem, ⟨F imaginativum,⟩ G sensitivum, H vegetativum, I elementativum, K instrumentativum. b 7v

Deum rursum capientibus subiectum ad foecunditatem et amplificationem, rota nobis ex novem divinis, utpote subiecto aequivalentibus, et inventionis materia mirum in modum complexe et incomplexe capta multiplicantibus, et diversos de eodem concipiendi modos sug-

---

4 F imaginativum *om. P, ma è già supplito a penna nell' esemplare Augustano e poi in* $AA^{2-3}G$ 6 ⟨B.⟩ Deum $AA^{2-3}G$ rursum *AG*: rusum *P* 7 *e* 8 *e* 9 rotam *e* materiam *e* captam *G*

gerentibus, in hanc constituisse formam consuevit, ut B significet mentem, C intellectum, D amorem, E potestatem, F praesentiam, G scientiam, H providentiam, I iudicium, K iusticiam.

Angelum pro subiecto capientibus, rota suis elementis novem vulgatos ordines significans statuatur, ut B significet Seraphim, C Cherubim, D Thronos, E Potestates, F Virtutes, G Dominationes, H Principatus, I Archangelos, K Angelos.

Coelum si sit subiectum, in novem quas vulgi imaginatio sibi effingit sphaeras, B significante primum mobile, C stelliferum, D Saturni sphaeram, E Iovis, F Martis, G Solis, H Veneris, I Mercurii, K Lunae.

Homo si sit considerationis subiectum, ita in ordi- b 8r 643
nes atque gradus constituatur, ut B significet sacerdotem, C principem, D magistratum, E doctorem, F militem, G mercatorem, H mechanicum, I agricultorem, K servum. Idem si medicinae subiectum capiatur, iuxta novem vel ad novenarium redactas eius partes rotam constituat; aliter si theologo, aliter si alio cuicunque. Ad hanc enim artem combinatoriam, quae novenario est adcommodata vel cui novenarium adcommodatur, omnia subiecta sive praedicata si reducantur, ad unum de novem elementis reducantur oportet; in combinatione enim exercenda terminos unius generis alius generis termini numero exaequent oportet.

Imaginativum si pro subiecto capiatur, ita in rotam eiusdem potentiae disponantur, ut B significet ha-

---

4 justitiam A^3G 5. 10. 14 *etc.* ⟨C.⟩ Angelum — ⟨D.⟩ Coelum — ⟨E.⟩ Homo *etc.* $AA^{2-3}G$ 10 si sit] si fit *PAG*: sibi A^{2-3} 11 sphaeras *AG*: spharas *P* significat *G* 12 sphaeram *AG*: spheram *P* 20 alii *G* 25 termini *G*: terminos *P*; *ma forse è da correggere piuttosto a v. 24*

bens reminiscentiam, C discursum seu collationem specierum habens, D certam natura inditam artem habens, E providentiam vel huic proportionale habens, F locorum selectum faciens, G tempestatum praecautionem habens, H coniugii appetentiam habens, I prolis educationem, K communis vitae tutelam.

Sensitivum ita distribuitur, ut B significet memoriam habens, C aestimationem habens, | D phantasiam, **b 8v** E sensum communem, F videntem, G auscultantem, H olfacientem, I gustantem, K tangentem.

Vegetativum si iuxta suas sit dispositum facultates, B significat prolificationem seu seminis emissionem et immissionem, C augmentum, D expulsivam facultatem, E digestivam, F attractivam, G appulsivam, quae extensione, dilatatione constrictioneque fit, H appetitivam, qua pro captu appulsus excitetur, I noscitivam, quae pro captu appulsum dictat, K vitam.

Elementativum habeat in rota B, quod significat in propriam sphaeram inclinativum habens, C generativum, D alterativum, E generabilitatem, F alterabilitatem, G componibilitatem, H subiicibilitatem, I potentiam, K existentiam.

II. Membrum. **644**

Instrumentativum significat genus accidentium ultra substantiae genus extentum, quod quidem iis constat,

---

2. 8 *invece di* habens *hanno talvolta* h. *ovvero* ha. *ovvero* hab. PAA^{2-3} 3 F locorum A^2G: E locorum P 20 E Generabilitatem AG: D Generabilitatem P 25 extenctum (*sic*: extinctum AA^{2-3}) P: extensum G

quae vel in illa sunt, vel circa illam esse intelliguntur. Ipsum iuxta plura coordinationum genera plures conficit rotas. Instrumentorum enim alia sunt in coordinatione operantis naturae, alia in coordinatione imitantis eam artificii | alias habentis rursum coordinationes, dum vel me- c 1r
taphysice, vel mathematice, vel moraliter, vel logice, vel mechanice molitur. Iam igitur ultra octo substantiae vel (ut cautius loquar) subiectorum genera substantiam significantia, unum ponitur nonum et ultimum per elementum K significatum, quod universa denotare debet accidentia. An (inquies) non ex enumeratis plurima sunt accidentia? Immo (inquam) et omnia, si adiective capiantur. Modo, si recte consideras, omnia subiective, substantive materialiterve sumebantur, utpote prout subsistentem significant naturam, in qua aliquid esse potest, et de qua aliquid affirmari vel negari possibile est. Itaque taliter illa sunt substantiae, ut si adiective sumantur, eadem speciem et naturam referant accidentium, sicut et haec omnia novem taliter sunt subiecta, ut eadem possint esse praedicata, ut divinitas, divinum, spiritualitas, angelicum, coeleste, humanum, et ita alia, si adiacenter et denominative capiantur. Non minus et ea quae praedicatorum loco accipientur substantive capta, citra controversiam subiectorum vices obtinebunt; subiectum quippe considerationis potest esse bonitas, cui accidit divina, angelica, coelestis, humana, mundana; itidem maioritas, principium, et caetera quibus etiam accidit divinum, angelicum, coeleste, et alia. Cur autem tam ample notiones accipienti ista sint tantummodo subiecta, illa vero tantummodo praedicata, si requi-

---

5.6 metaphysice *G*: methaphysicè PA^{2-3}: methaphisice *A* 13 Modo si recte consideras omnia *PG* 14 prout] puout *P*


ras, certe (inquam) artis huius ge|neralitati, cui de omnibus c 1v posse dicere atque discurrere per omnia proprium est, et cui universa atque singula ad quaeque (ut de eisdem | sive 645 in recto sive in obliquo, sive, ut aiunt, quidditative et univoce, sive denominative dicuntur) referre licet, non convenit discretio subiecti et praedicati, neque eius cui aliquid et eius quod alicui accidit, quia ut munus eius est de omnibus, ita omnia dicibilia sunt illi subiecta et substans; nihil quoque est, quod non adcommodet praedicationi et accidentalitati. Verum enimvero ad artis manifestationem rationi consentaneum esse videtur, ut quaedam sub una, quaedam sub alia definiantur ratione; facile namque intelligentibus erit eâdem haec qua illa capiebantur ratione vicissim accipere.

III. Membrum.

Instrumentativum igitur cum universaliter genus accidentium significet in proposito apud Lullium, duplex est, physicum videlicet seu naturale, et ethicum seu morale. Physicum ergo instrumentativum conflatur in rotam, ubi B significat quantitatem, C qualitatem, D relationem, E actionem, F passionem, G habere, H situm esse, I quando, K ubi. | Ethicum autem instrumentativum triplicem constituit c 2r rotarum ordinem, in quarum media significantur virtutes, in extremis vero significantur vitia, externa quidem quae per excessum, interna vero quae per defectum.

---

4 quidditative *G*: quiditativè *P* 19 Physicum *AG*: Phisicum *P* 23 significantur *AG*: significanter *P* 24 extremis *AG*: extraemis *P*



Hic optime insinuatur quemadmodum virtus unum **646**
agnoscit contrarium, vitio autem tum virtus tum et vitium alterum obsistit et contra armatur; et ideo inter | iniquos **c 2v**
vera non potest esse amicitia. Ad praedictae quoque figurae similitudinem altera, quae quamvis ad eandem (ut et eiusdem generis aliae) reduci possit, ad facilitatem tamen maiorem uberioremque inventionis copiam conflatur in eundem modum:

B Superbia.	B Humilitas.	B Contemptus sui.
C Luxuria.	C Castitas.	C Frigiditas.
D Gula.	D Sobrietas.	D Avarum ieiunium.
E Mendacium.	E Veritas.	E Vaniloquium.

F Obstinatio.	F Constantia.	F Inconstantia.
G Curiositas.	G Sollicitudo.	G Acedia.
H Invidia.	H Complacentia.	H Aemulatio.
I Ira.	I Longanimitas.	I Insensatio.
K Prodigalitas.	K Liberalitas.	K Avaritia.

Cap. V. DE SIMPLICITER APPREHENSIBILIBVS PRAEDICATIS ABSOLVTIS.

I. Membrum.

Consequens modo est de praedicatis aliquid afferre. **c 3r**
Primum autem de praedicatis absolutis, iuxta primam Lullianam figuram, quae inscribitur A, et notatur per elementum, quod est primum in dictione 'absolutum'; secundo de respectivis praedicatis, ut postea per universa praedicata, per eorum definitiones ubique modificata, diversas et innumeras illorum formationes afferre possimus.

Praedicatorum ergo absolutorum praesens figura est, **647**
videlicet quae intrinseca tantum significatione consistunt, neque per id quod sunt ad aliud vel alterius esse dicuntur. Praesens igitur figura A novem terminis in circulum dispositis constat, ubi

B significat bonitatem et bonum.	F intellectum et intelligens.
C magnitudinem et magnum.	G voluntatem et volens.
D durationem et durans.	H virtutem et vigens.
E potestatem et potens.	I veritatem et verum.
	K gloriam et gloriosum.

1 Obstinatio *AG*: Ostinatio *P* 25 Figuram vide in fine libri *annota P, rimanda cioè alla figura di p. 252, che qui ripetono* $AA^{2-3}G$ *inserendola dopo v. 15*

Cuius quidem figurae forma est circularis, propterea c 3v
quod terminos continet in invicem convertibiles. Terminorum enim alii sunt in invicem convertibiles, utpote aeque universales, alii vero non.

Porro praesentes termini dupliciter considerari possunt; uno modo videlicet in prima causa, seu primo subiecto per B significato, et ita in ea termini omnes aeque sunt convertibiles; nunquam enim alterum alter in ea potest excedere. Tanto enim est bonus quanto sapiens, quanto aeternus, quanto quidquid vere esse dicitur. Immo haec 648
omnia in Deo tum concretive tum abstractive significantia idem sunt, quemadmodum in infinito et sphaera tanta est latitudo, quanta longitudo et profunditas, immo idem est longum, latum et profundum; item quia extra infinitum nihil est et infra ipsum nihil, ideo tale longum est absoluta longitudo, tale latum absoluta latitudo, tale profundum absoluta profunditas. Deo igitur propria est figura praesens per eiusdem omnimodam reciprocationem, tum inquam eam ipsam, quae fit per denominationem unius termini per alium, ut cum dicitur sapientia bona, bonitas sapiens, vel complexe sapientia est bona, bonitas est sapiens, vel duobus terminis concretive sumptis, vel altero | concretive, c 4r
altero abstractive, vel ambobus abstractive.

II. Membrum.

In caeteris autem subiectis non ita prorsus vicissim combinatio terminorum atque complexio verificatur, siquidem eis secundum magis et minus, utpote secundum nu-

---

9 quanto sapiens *om. G* 22 terminis *AG*: trominis *P* c 4r] *il foglio porta per errore la segnatura* e 2 *in P*

merum et mensuram, omnia tum naturalia, tum naturalibus adiuncta elargiuntur iuxta scalae naturalis proportionis gradus. Ibi ad subiectum B magis accedit C quam D, D magis quam E, E magis quam F, et ita deinceps. Subinde manifestum est, quod subiecta quaedam (sicut in E est manifestum) sunt magis sapientia quam gloriosa, quaedam sunt magis felicia quam scientia. Et ideo quibusdam videtur, hanc figuram ita reciproce effinctam primo tantum subiecto esse accommodatam, cui aeque secundum omnes rationes attribuuntur omnia.

Porro quamvis verum sit, quod dicunt iuxta appositam figurae proprietatem, non tamen eiusdem appropriationem considerant, neque non praeterit eos, figuram istam sicut et artem intelligi debere generalissimam.

III. Membrum. c 4ᵛ

Eandem igitur figuram aliis omnibus intelligimus | ap- **649**
propriabilem; secundum enim singulorum modos atque gradus non solum bonis sed et malis, non perfectis modo sed et imperfectis accommodabilis est, quandoquidem eadem oppositorum omnium, quorum eandem scimus esse opinionem sive scientiam sive sensum, est manifestatio. De quibus igitur non dicitur bonitas, dicitur malitia seu non bonitas. Ex eodem ergo loco notitia, inventio et iudicium contrariorum, privativorum contradictoriorumque indicatur. In omnibus ergo de iis inquirito aut affirmative, aut negative, aut simpliciter, aut in genere, aut in summo, aut in certo gradu, utpote iuxta modum propriae definitionis.

---

2 scalae A^2G: schalae *P* 7 felicia *G*: foelicia *P* 8 reciproce *AG*: reprocè *P* 9 aeque *AG*: aequae *P* 14 debere *G*: deberi *P* 24 contradictoriumque *G*

Quod autem obiiciunt de terminis undique convertibilibus, et quod illa aequalis undique reciprocatio manifestat per illam linearum omnium ad omnia et singulorum ad singula protensionem, id considerando diluitur, quod protensio et reciprocatio illa in omnibus suo modo exercetur. Adnectuntur enim omnia omnibus vel affirmative vel negative, et hoc vel denominative vel primitive, et hoc vel in recto vel in obliquo, ut bonus homo, bona humanitas, bonitas humana, bonitas hominis, iustitia bona, magna, aeterna, malitia im|potens, defectuosa; de caeteris quoque suo iudi- c 5r candum est modo, unde artifices a praecipuis operationibus artis huius non impediantur.

Cap. VI. DE SCALA HVIVS FIGVRAE.

I. Membrum.

Licet huius figurae scalam Lullius non explicet, implicite tamen eam non excludit; ipsam ergo nos in similitudinem scalae in secunda figura constituendae disponamus. Est igitur ipsa via quaedam et ordo, quo quidem a superioribus ad inferiora descendimus, et ad superna conscendimus ab infernis; in ea duo, altitudinem scilicet atque latitudinem, considerare licet.

Longitudo quidem scalae est, qua fit progressio a | ge- 650 neralissimis per subalterna usque ad specialissima atque particularia, quatenus cum de aliquo dicere aut considerare volumus, ab ipsa specie | vel individuo ad eius proxima c 5v

---

2 reciprocatio *AG*: reciprecatio *P* manifestatur *G* 13. 15. 17. 22 scala, scalam *etc.* *AG*: schala, schalam *etc.* *P*

immediataque universalia, et per haec usque ad prima possumus ascendendo multitudinem colligere in unum. Definitur autem generalissimum, quod cum sit genus, non potest esse species, cui non supervenit universale univocum, et quod in categorica coordinatione ea tantum respicit, quorum est contentivum, inferiora, de quibus omnibus univoce dicitur, cum de ipso nihil univoce dici possit, sed aequivoce vel analogice vel denominative. Specialissima species definitur, quae non potest genus esse; infra ipsam enim non sunt species sed individua, et unam habet habitudinem, quae est ad superiora, quorum respectu subiecta est species. Subalterna vero genera subalternaeque species sunt, quae in medio consistentia utrorumque suscipientia rationem et duos admittentia respectus, de inferioribus quidem praedicantur speciebus et individuis, et eadem superioribus vel superiori generi tamquam species subiiciuntur.

In quibus ita coordinatis duplex possibilis inspicitur praedicatio atque congrua, altera qua superiora omnia non vicissim de omnibus enunciantur inferioribus, altera qua aequalia de coaequalibus vicissim. Iuxta primum modum specialissima de individuis dicuntur tantum, subalterna de specialissimis et individuis, superiora de inferioribus subalternatis et collocatis, suprema de omnibus. | Iuxta **c 6r**
secundum vicissim dicitur de definitione definitum, exacta descriptio et proprium de descripto et subiecta specie et eiusdem constitutiva differentia; differentia et proprium de specie; descriptio, differentia et proprium, et horum plura vel unum, de pluribus vel uno reliquorum vel omnibus.

---

5 categorica *G*: cathegorica *P* 16 tamquam *P*: tanquam *AG*
20 qua *G*: quae PAA^{2-3} 24 suprema *AG*: supraema *P*

II. Membrum. 651

Quibus ita se habentibus in proposito dicimus praedicationem seu verificationem per modum scalae exerceri, quatenus ab istis praedicatis tamquam generalissimis resolvendo ipsa descensus ad specialissima per subalterna efficitur, et per eadem a particularioribus ad illa componendo fit ascensus. Ita descendentes dicimus iustitiam esse bonitatem, commutativam distributionem, et commutativam distributionem esse iustitiam; reddere homini debitum esse commutativam distributionem; simile alteri facere, quod ab illo receperis, esse reddere homini debitum; dimittere decem talenta, cum totidem tibi dimissa fuerint vel similiter habueris, est vere ita aliis facere sicut et tibi factum; iniuste igitur servus ille nequam egisse convincitur. Ita e converso ascendentes eisdem assumptis terminis idem concluserimus. Est et congruam praedicationem exercere, qua aequalia de coaequalibus dicimus, ut ubi de invicem dicuntur hîc enumerata | vel eiusce generis alia ge- c 6v
neralissima, vel ipsis opposita de oppositis, vel de diversis diversa, ut cum dicimus iustitia est bonitas, veritas est iustitia, iustitia est veritas, bonitas est iustitia, et ubi definitiones de definitis dicuntur, ut bonitas est qua potentia, sapientia et magnitudo agit bonum, magnitudo est qua bonitas, sapientia, et caetera agunt magna, sunt possuntque magna seu magnificare vel sunt magnificata, iustitia non est ignorantia, iniquitas non est iustitia, ignorantia non

---

3 scalae *AG*: schalae *P* 4 tanquam *AG* 11 reddere *AG*: redderet *P* 13 est *P*: esse *corregge G* 14 egisse *AG*: aegisse *P* 18 invicem *AG*: invicè *P* 22 qua *G*: quo PAA^{2-3} 25 magnificare *P*: magnificant *G*

est sapientia. Scalae igitur ascensui descensuique applicantibus accidit discurrere a propositis universalibus ad particularia et ab istis ad illa, et in istis illisque consistendo, ad rationes, ad correlativa, ad contraria, ad condistincta, et aliis quibuscunque modis apposita, adiacentia, coniugata.

III. Membrum.

Latitudinem autem scalae pluribus licet inspicere modis: | primo extensione significationis terminorum (de 652
qua infra dicetur), quatenus videlicet bonitas non solum se extendat ad significandum physice sed et ethice (simile iudicium est de magnitudine et aliis); secundo per duplicationem eorum per concretum et abstractum, dicendo bonitatem et bonum, magnitudinem et magnum; tertio per distinctionem ivi, abilis et | are, dicendo bonificativum, c 7r
bonificabile, bonificare, ubi ivum significat principium activum, abile principium passivum, are principium copulativum, seu ivum principium effectivum seu communicativum, abile principium receptivum seu participativum, et are principium connexivum sive actuale; quarto per distinctionem affirmativi et negativi, positivi et privativi, quatenus haec de aliis dicuntur secundum affirmationem, de aliis secundum negationem, de aliis positive, de aliis privative; quinto per distinctionem impliciti et expliciti, quia in terminis istis non solum continetur eorum ratio, sed et omnium quae dici possunt et imaginari absolutorum praedicatorum, ut in tractatu de multiplica-

---

1 scalae *A*: schalae *P*: scalam *G*   8 scalae *AG*: schalae *P*   27 ut in tractatu *etc.*] *cioè più giù f3 sqq.*

tione terminorum patefiet; sexto per distinctionem proprii et appropriati, quatenus haec quibusdam naturaliter conveniunt, aliis per se et a se, aliis adventitie et per aliud, aliis inquam ex naturae substantia, aliis ex infusione, aliis ex acquisitione.

Cap. VII. DE PRAEDICATIS RESPECTIVIS.

I. Membrum. c 7v

De genere praedicatorum supra diximus esse quaedam, quae hoc ipsum quod sunt aliorum esse dicuntur, respectiva, relativa, habitudinalia, ad aliud, quae (ut et praedicta) omnibus quae sunt et esse possunt, adcommodantur, unde et ipsa universalissima principia in arte ista habentur, suntque novem per elementa totidem significata. In angularem figuram disponuntur, qua eorum per omnia penetrativitas significetur. Per trian|gulos disponuntur, qua- 653 tenus (inquit ita Lull.) in omnibus relationibus et habitudinibus sunt duo relata, et inter ea medians relatio. Tres sunt implicati trianguli, ut non solum eorum in alia, sed et mutua in invicem penetrativitas inspiciatur. Dicimus enim bonitatem differentem et bonitatis differentiam, item et differentiam principium et principii, item principium differentis et differentiae.

---


8 praedicatorum *AG*: predicatorum *P*   16 Lullius *G*

DE SECVNDA FIGVRA, ET PRIMO DE EIVS PRIMO TRIANGVLO.

II. Membrum.

Extat figura, quae elemento T inscribitur, quia triplici triangulo complicato conficitur. Ipsa producit novem angulos, ubi novem elementa | non per totius complexi, sed c 8r
per singulorum triangulorum seriem sunt ordinata.

Figuram vide infra.



Ibi primus triangulus est B C D, quibus significatur differentia, concordantia, contrarietas. Qui quidem anguli intelliguntur omnia penetrare, quia (ut in corporibus est manifestum) quod minoribus et consequenter verioribus constat angulis, ipsum est penetrativius; penetrativissimum certe, quod ex minimis.

---

8 Figuram vide infra (*cioè a p. 272*) *P*: *om. G*: *in AA*$^{2-3}$ *c' è invece il titolo della figura seguente* FIGVRA PRIMI TRIANGVLI

II. Membrum.

DE PENETRATIONE PRIMI ANGVLI B. 654

Penetrant igitur tum omnia principia absoluta, sive explicita sive in eis implicita intelligantur, tum etiam et invicem respectiva; unde ratione prima dicuntur primam penetrare figuram, quae sane | divisa est in elementa, quo- c 8ᵛ rum alia significant substantiam et sunt substantialia, puta omnia praeter K; alia significant accidens et sunt accidentalia, ut quae sunt per ipsum K designata; alia item sunt intelligibilia, ut B C; alia sensibilia, ut D E F G H I; alia rationis entia vel iis affinia K. Anguli praedicti iuxta istas et alias rationes omnia subiecta penetrant, quia angulus B penetrat intellectualia, ubi differentia inter intellectuale et intellectuale inspicitur, ut in B ipso inter Deum verbum, inter Deum mentem, inter Deum amorem; in C inter Cherubim et Seraphim; in B C, ut inter Deum et angelum, inter | bonitatem et magnitudinem, et ita de caeteris. Est differentia inter sensuale et sensuale, cum angulus B penetrat circa sensualia, considerando differentiam in D inter Saturnum et Iovem, in E inter virum et mulierem, in F inter canem et elephantem, et ita de aliis. Est differentia inter sensuale et intellectuale, ut in B D inter Deum et coelum, C E inter angelum et hominem, E K inter hominem et iustitiam.

---

1 Membrum III. (*cf. a p. 245, 10 sq.*) *corregge G, e similmente p. 268, 1* Membrum IV., *22* Membrum V., *269, 10* Membrum VI., *270, 5* Membrum VII., *271, 5* Membrum VIII.; *invece* A^{2-3} (*non A*) *correggono qui* Membrum I.   19 angulus *G*: angelus *P* (AA^{2-3})

II. Membrum.

Angulus item C omnia principia penetrat, et per omnia subiecta discurrit. Est enim concordantia inter intellectuale ⟨et⟩ intellectuale, ut | in B inter mentem, intel- **d 1r** lectum et voluntatem, quae in una essentia radicata concurrunt, in C inter Cherubim et Seraphim, qui in simplicitate naturae concordant, ut in cognitione, intellectualitate et id genus aliis, in D inter hoc et illud coelum, hoc et illud astrum. Ita in aliis est iudicandum. | Insuper in B C inter **655** intellectuale, quod est Deus, et intellectuale, quod est angelus, concordant enim in bonitate, sapientia, entitate, licet non sit adaequatio ulla neque comparatio; in C D inter angelum et coelum, quae concordant in bonitate, veritate, virtute etc. Idem esto in caeteris iudicium: inter sensuale et sensuale, ut inter D et E, id est coelum et hominem, F G imaginativum et sensitivum, G H sensitivum et vegetativum, H I vegetativum et elementativum. Vel in G, ut inter hoc sensitivum et illud, in H inter hoc vegetativum et illud, in I inter hoc elementativum et illud, in K inter hoc et illud instrumentativum.

DE PENETRATIONE ANGVLI D.

III. Membrum.

Similiter angulus D omnia principia penetrat, et per omnia subiecta discurrit. Sicut enim | differentia et concor- **d 1v**

4 et *AG*: *om. P*   8 in D *G*: in C *per errore P* (*e così anche* AA^{1-3})
15 id est *AG*: i. *P*

dantia sunt inter sensuale et sensuale, intellectuale et intellectuale, sensuale et intellectuale, in hoc et in illo sensuali, in hoc et in illo intellectuali, ita et contrarietas. In subiecto B contrarietas est inter summum bonum et summum malum, ipsum ens et ipsum nihil; in C inter calodaemonem et cacodaemonem; ita in aliis quorum quaedam per se contrarium recipiunt, ut est manifestum.

DE HORVM ANGVLORVM IN INVICEM PENETRATIONE.

IV. Membrum.

Sicut autem praesentes anguli aliam penetrant figuram, tum per subiecta tum per praedicata discurrentes, ita quoque invicem se penetrant, dum istius trianguli anguli per alios triangulos et angulos discurrunt. Dum videlicet B penetrat in angulum E, qui est primus secundi trianguli, dicendo et considerando differentiam inter prin- **656**
cipium et principium, item angulos E F considerando differentiam inter principium et medium, angulos item omnes E F G, penetrat etiam primum angulum tertii trianguli, dicendo in H differentiam inter maioritatem et maioritatem, in H I differentiam inter maioritatem et aequalitatem, in H I K inter maioritatem, aequalitatem et minoritatem. Penetrat tandem tertii trianguli angulos eodem pacto, intuendo | differentiam inter maiorem aequalitatem, **d 2r**
minorem aequalitatem etc., nunc quidem sigillatim singu-

---


1 et sensuale *AG*: et sensensuale *P* 10 Membrum IV. AA^{2-3}: III Membrum *P*: *per G vedi a p. 267, 1* 20 differentiam] differentia *PG*, *ma cf. v. 16 e 24* 21 differentiam] Differ. *P*: differentia A^2G

los, nunc vero communiter duos, nunc universaliter omnes. Simile iudicium est de penetratione angulorum C et D per alios angulos et triangulos.

DE SECVNDO TRIANGVLO SECVNDAE FIGVRAE.

V. Membrum.

Secundus triangulus secundae figurae est E F G, ubi E significat principium, F medium, G finem; qui anguli eadem qua superiores forma omnia penetrant. Cuncta enim aut sunt principium, aut medium, aut finis; aut per principium, per medium, per finem; aut in, ex principio, medio, fine; aut principii, medii, finis.



Hic triangulus et eius anguli omnia penetrant, quae d 2ᵛ 657
sane penetratio aut est per rectum aut per obliquum ca-


7 E *AG*: è *P* 8 superiores *G*: superiore *P* 10. 11 aut, in, ex prin. med. fin. *P*: aut in vel ex principio, medio, fine *G* 12 *nella figura originale* (*e anche in* AA^{2-3}) *per errore sono ripetute le lettere* B D C *della figura precedente*: *G ha giustamente corretto* E G F

sum, ut in proposita divisione diximus, et cuilibet etiam permodicum ingenioso ad dictorum similitudinem facile est coniicere.

DE TERTIO TRIANGVLO.

VI. Membrum.

Tertius triangulus est H I K, ubi H significat maioritatem, I aequalitatem, K minoritatem. Qui certe anguli et triangulus non minus caeteris omnibus intelliguntur esse penetrativi; cuncta enim aut sunt maioritas, aut minoritas, aut aequalitas, aut in, cum, ex his, vel horum quodam.



Penetrant, inquam, omnia subiecta, omnia praedicata, d 3r
et omnes praedicatorum subiectorumque circumstantias, aut per rectum aut per obliquum, aut adiective aut substantive, sicut et caetera.

---


11 *nella figura* Minoritas *G*: Mino. *P*

CAP. VII. DE COMPLICATAE FIGVRAE ANGVLORVM SIGNIFICATIONE.

I. Membrum.

Ratione igitur in superioribus explicata tres designati trianguli complicantur.

658



Ibi super angulum 'differentia', et super angulum d 3v 'concordantia', et super angulum 'contrarietas', utpote super B C D angulos, est titulus inter sensuale et sensuale, intellectuale et intellectuale, sensuale et intellectuale, ut significentur obiecta dictorum angulorum atque subiecta. Haec etenim de omnibus vel recte vel oblique, vel affirmative ⟨vel⟩ negative dicuntur et inquiruntur.

---

1 VII *PAA*$^{2-3}$: VIII *emenda G*, *cf. p. 265, 6*   12 vel negative *A*^{3}*G*: negative *AA*^{2}: negedatiuè *P*

II. Membrum.

Ibi super angulum E principium est titulus causa, quantitas, tempus, ad denotandum quod secundum amplam extentamque significationem, qua et causarum genera quatuor complectitur, terminus ille accipitur: et videlicet pro causa efficiente, a qua vel dirigente vel ordinante vel administrante fit aliquid; et pro formali, secundum quam, ad cuius similitudinem, imita|tionem, formam, modum sive 659
essendi sive praesentandi fit; et pro materiali, ex qua, de qua et in qua aliquid conflatur vel componitur vel in aliud transmutatur; et pro finali, propter quam fit et ad quam ordinatur aliquid.

Declarat Lullius in libro De auditu cabalistico, se d 4r
per terminum illum 'causa' intelligere genus substantiae, et per terminos illos 'quantitas et tempus' intelligere genera accidentium, et universa contra substantiam distincta praedicata. Neque obest quod substantia intelligatur implicata in iis quae significantur per octo elementa figurae S, et novem accidentis genera in eiusdem figurae nono elemento K. Ipsa enim accidentia, dupliciter considerata, ad duas (iuxta duos respectus et officia) pertinent figuras. Substantive inquam sumpta in genere subiectorum intelliguntur (sic etenim instrumenta sunt, quibus aliquid contingit operari), adiective autem capta (etiam cum ipsa substantia) praesentem necessario figuram subintrabunt. Substantive intelligo sumi aliquid, quando ipsum per alia denominabile est atque considerabile; adiective autem, quando per ipsum alia.

4 extentamque *A*: extenctamque *P*: extensamque *G*

III. Membrum.

Ibi super angulum F medium est titulus coniunctionis, **d 4^{v}** mensurationis et extremitatum, ad significandum quibus medium dicitur tres esse modos. Est enim primo medium coniunctionis, sicut intercessor, interpellator, copulator, leno et similia; copula item quae facit subiecto convenire praedicatum, sicut anima est medium per quod probatur animal esse vivens, sicut et verbum substantivum quod dicitur eorum quae de altero praedicantur nota. Est secundo medium mensurationis, sicut est illud quod praecise proprieque medium aequaliter distat ab extremis, ut centrum est medium circuli. Adde quodlibet inter extrema positum, quod cum neutrum sit illorum, communiter medium appellatur, ut omnes singulique gradus inter primum et ultimum Arietis. Est tertio medium extremitatum, in **660** quod quomodolibet aliter seposita concurrunt; unde actio medium esse intelligitur inter agentem atque patientem, ut inter bonificabile et bonificatum est bonificare, amare seu amor inter amantem et amatum; unde amans, amabile et amare sunt una amabilitas indivisa d. Lull.

IV. Membrum.

Ibi super angulum G finis est titulus perfectionis, terminationis et privationis, ad et huius termini amplitudinem significandum.

Est enim primo finis perfectionis seu causalitatis, ad **d 5^{r}** quem omnia diriguntur, tendunt et conquiescunt; sic homo

---

3. 11. 15 extremitatum *etc.* *AG* : extraemitatum *etc.* *P*, *e così altrove* 9 eorum, quae de altero praedicantur, nota *G* 20 d. Lull. *PAA*$^{2-3}$: doctori Lullio *G* 24 significandam *G*

est finis plurimorum, Deus est finis omnium. Est secundo finis terminationis, sicut Alpes sunt finis Galliae in Italiam, et Pyrenes in Hispaniam. Est tertio finis privationis, ut mors, defectus, extinctio.

V. Membrum.

Ibi super angulos H I K, id est maioritatem, aequalitatem, minoritatem, est titulus inter substantiam et substantiam, inter accidens et accidens, inter substantiam et accidens, ad significandum triangulum et angulorum singulos omnia penetrare; est enim maior substantia coeli quam aquae substantia quodammodo, est maius quodammodo accidens intelligere quam credere, est maior ratio entis in substantia quae existit, quam in accidente quod inhaeret. Est item aequalitas inter substantiam, quae est individuum unius speciei, et alterum individuum eiusdem vel alius speciei; inter accidens, quod est una experientia vel scientia, et accidens, quod est alia experientia vel scientia; et potentiam visus ad videndum, et auditus ad audiendum; inter substantiam et accidens substantive sumptum, sicut inter hominem et risibile, equum et hinnibile.

Est tandem minoritas inter substantiam et substan|tiam, 661
substantiam et accidens, | quia (ut visum est) est et maio- d 5^{v}
ritas; unum quippe correlativorum est iudicium.

---

9 angulorum *AG*: augulorum *P* 11 aquae *AG*: aequae *P*

Cap. VIII. DE SCALA PRAESENTIS FIGVRAE.

I. Membrum.

Secundae figurae scala etiam propria altitudine latitudineque constat. Est ergo longitudo scalae materia seu subiectum, in quo discurrit intellectus, a supremis et universalissimis per intermedia ad infima descendens, vel ab infimis per eadem conscendens ad suprema, ut cum a differentia, quae super omnes differentiarum species est universalissimum principium, ante quam et supra quam nulla est differentia (ipsa enim per aliud non differt, et per ipsam differentia differunt universa), descendimus per proximas immediatasque partes, species modosque ad infimam atque remotissimam, et cum a concordantia, quae est d 6r
universalissimum principium (per quod et quo omnia concordantia concordant, et quod non concordat per aliud, quod se ipso cum aliis in ratione principii concordat), ad remotissima et maxime particularia per proxima mediaque converso descendimus ordine. Simile de aliis praesentis figurae angulis in proposito penetrativi ascensus atque descensus est iudicium. Sic ab ista signata differentia, quae est inter Socratem et Achillem, procedimus ad differentiam inter hunc philosophum et hunc militem, inde ad differentiam militiae et literaturae, inde ad universaliorem, quae est inter institutum ordinatum ad culturam animi, et ordinatum vel ad necem corporum vel ad honores externos;

---

1 Cap. IX. *G* scala *AG*: schala *P*, *e similm. v. 3. 4 etc.* 5 supremis *AG*: supraemis *P*, *e similmente* supraema *etc. in seguito* 9 ante quam *G*: ante-|quam *PA*²⁻³: antequam *A* 16 quod (*innanzi a* se) *PAA*²⁻³: sed *G* 20 descensus *AG*: de|scensus *P*

itaque deinceps pro captu rei propriique ingenii usque ad generalissimum, quod est differentia, ultra quod non est possibile progredi. Idem de descensu vice versa iudicium est.

Verificatur etiam descensus huiusmodi in terminis titulorum qui sunt in angulis, quia a differentia quae | est 662
inter sensibile et intelligibile, procedimus ad differentiam quae est inter angelum et hominem, inde ad eam quae est inter Cherubim et philosophum, inde ad hanc quae est inter Lullium | et unum ex iis; sic a differentia quae est d 6v
inter sensibile et sensibile, ad eam quae est inter plantam et animal, eam quae est inter piscem et herbam, eam quae inter delphinum et vitim, ad hanc quae inter hunc delphinum et hanc vitim. Idem de aliorum titulorum ascensu descensuque iudicium.

II. Membrum.

Latitudo quoque praesentis scalae ad praecedentis figurae similitudinem capitur; etenim praesentes termini non arcte, sed iuxta amplissimam capiuntur significationem. Non enim differentiae nomine intelligimus ipsum quo propriissime aliquid ab aliquo differre dicitur, utpote quod genus dividens specierum est essentialiter constitutivum; sed est omnis quae proprie, omnis quae communiter dicitur. Huc accedit alietas, diversitas, disparitas et quidquid ad copiam considerationis et inventionis sub ista dictione spectari potest. Simile de concordantia iudicium, quae omnem convenientiam, consistentiam, unionem, identita-

---

18 et vitim, ad *noi*: vitim et ad *P*: ⟨et⟩ vitim et ad *AG* **19** amplisissimam *G*

tem, concursum, compatentiam complectitur. Ipsam, licet universalissima sit, minus tamen universalem appellat Lullius, quam sit differentia; omne enim quod concordat, aliquo modo differt (siquidem idem sibi ipsi concordare non dicitur); concordantiam igitur includit differentia. Sed tamen omnem differentiam dicere possumus a concordantia includi; nihil enim differt quod aliqua non con|cordet **d 7r** ratione, vel per entitatem, vel per esse, vel per considerari, vel per imaginari, vel per dici. Optime quoque dicit comparans contrarietatem differentiae; contrarietatem enim in omnibus invenire non possumus, nisi forte nomine contrarietatis extento ad supponendum pro omni oppositionis genere, ut repugnantium, relati|vorum, privativorum, con- **663** tradictoriorum, e regione appositorum. Sed hîc intellige comparationem esse factam seorsum ab arte, quatenus scilicet proprius significantes termini capiantur. Alioqui ab ipso Lullio quaereremus de enumeratis oppositionis speciebus, ad quod principium reduci velit eas aliud, cum non commode ad duos alios triangulos possint pertinere. In hoc autem qui relinquitur, nemo nisi delirus ad angulum differentiae vel concordantiae referet.

III. Membrum.

In secundo quoque triangulo latitudo scalae manifesta est, ubi principium non solum significet quod proprie contra terminum a quo causa distingui solet et elementum, sed et omnia quae sub huius dictionis usu significantur. Id manifestat titulus anguli: causa, quantitas et tempus; la-

---

1 *forse* competentiam 12 extencto (*sic*) *P*: extincto *A* A^{2-3}: extenso *G* 16 proprius *PA*: propius A^{2-3}: proprie *G* 20 ad-|angulum *P*

titudo item medii, quam inducit titulus coniunctionis, mensurationis et extremitatum; latitudo quoque finis, quae finem causalitatis seu perfectionis, finem terminationis, finem privationis d.

IV. Membrum. d 7v

In tertio similiter triangulo, ubi maioritas est inter eam quae est in substantia, qualitate, magnitudine, eam quae inter substantiam et substantiam, qualitatem et qualitatem, magnitudinem et magnitudinem, similiter et in multitudine, virtute, potentia, facultate, loco, situ, tempore, aeternitate, et caeteris, quae omnia nomine accidentis et substantiae ab Archyta, Aristotele et Lullio significantur. Non aliud est de latitudine gradus scalae tertii anguli iudicium; perpetuo enim minoritas cum maioritate (cuius est correlativa) comprehenditur. Latitudo quoque anguli aequalitatis in propriae scalae angulis patet, quia non capitur iuxta arctam, qua sumitur in secunda categoria, significationem ab Aristotele dicente 'maxime proprium esse quantitatis | per aequale et inaequale dici'; sed usurpatur **664** secundum omnem modum, quo aliquid cum aliquo pariter dicitur atque se habere intelligitur vel absolute vel respective sumptum. Unde aequalem dicit Lullius visum intellectui, quia aeque se habet ille ad sensibilia, ut iste ad intelligibilia. Harum scalarum latitudinem, ubi de terminorum multiplicatione considerabimus, specialius forte distinguemus.

---

4 d. (*cioè* dicit) *PAA*$^{2-3}$: indicat *G* 5 IV. *AG* : III. *P* 7. 8 magnitudine, ⟨et⟩ eam quae *G* 12 Archyta *G* : Archita *P* 17 categoria *AG*: cathegoria *P* 18 *Ar. Categ. c. 6. 6^a 26* 24. 25 *cf. f 3^v sqq.* (*P*)

Cap. IX. DE SIMPLICITER APPREHENSIBILIBVS SYNCATEGOREMATICIS. d 8r

I. Membrum.

Peracta categorematicorum consideratione, ad terminos syncategorematicos consequenter transeamus. Sunt autem decem quaestionum signa, ad quae omnia reliqua reduci posse Lullius intelligit. Quam sane reductionem, quantumvis incomptam, ut tamen nihilo minus venerabilem amplectimur. Hîc minime ad terminorum est proprietatem respiciendum, sed tantum ad eum quem notant ordinem, texturam, architecturam; unde pro dispositione ex hac theoria alii quidem melius, alii vero minus bene ad inventionis iudiciique actus valeant incedere. Hîc enim non fabricatorem, qui manum lignis, lateribus et cemento admovet, sed architectorem facimus, cui quodam inculto indice et rudi quadam designatura sufficit ei, qui pulchram optimamque domum aedificare intendit, lineis et numeris, quot rei propositae necessitas exquirit, modulum insinuasse.

Mitto quod sicut hae decem quaestiones ad combina- [d 8v] toriae artis commodum necessario ad novenarium numerum sub novem elementis contrahuntur, ita et alias multas, quas posses invenire, ad eos (ut melius tibi fieri posse videtur) qui expressi sunt modos reducantur, quantumvis ex rigore propriae significationis minime reduci valeant. Illud enim hîc considerare oportet, | quod artis huius ter- [665]

1 Cap. X *G* 2.4.5 Syncategorematicis, categorematicorum *etc.* *G*: syncathegorematicis *etc.* *P* 13 incedere *AG*: in|cedere *P* 14 ateribus *G* 22. 23 aliae multae *emenda G*

mini non physice, non logice, non metaphorice, sed amplius (ut amplissima est huiuscemodi ars) ad significandum extenduntur. Decem igitur quaestiones per decem terminos sub novem elementis proponantur, quas ordinate in sequenti figurae licet inspicere ordine:

B utrum	F quantum
C quid	G quale
D de quo	H quando
E quare	I ubi

K quomodo, cum quo

Quae non ideo dicuntur *quaestiones*, quia taliter in praxim artificii reducantur, sed quoniam per modum quaestionis primo significare videntur, quod optime Lullius etiam ipse manifestat, dum easdem et *regulas* appellare consuevit; quandoquidem ex instituto principali potius ad regulandum et definiendum quam ad inquirendum sunt finaliter | ordinatae, ut per ipsas disponamur et ordi- **e 1r**
nemur in discursu, resolutione et explicatione conceptionum.

II. Membrum.

Quae sane regulae seu quaestiones non sunt utcumque appositae, sed rationaliter ordinatae. Harum enim aliae ad intrinsecam rei spectant rationem, aliae ad extrinsecam, aliae ad intrinsecam quodammodo et quodammodo ad extrisecam. Primarum aliae dicunt prorsus absolutum esse, ut 'utrum', 'quid'; aliae aliquem denotant respectum, ut 'de quo' et 'quare'; aliae plus ad extrinseca respiciunt, ut

---

12 reducuntur *G*

'quantum' et 'quale'. Secundarum (utpote quae respiciunt non quod est in, sed quod est circa subiectum) aliae respiciunt tempus seu durationem, ut 'quando'; aliae locum sive situm, ut 'ubi'. Tertiarum quaedam est inquirens medium rei sive in se et circa se, sive in alio et circa aliud, ut 'quomodo'; alia vero concomitans illius, sive adiectum, sive proximum, sive | correlatum, intrinsece vel extrinsece *666 perscrutatur, ut regula 'cum quo'.

DE PRIMA REGVLA 'VTRVM' B.

III. Membrum.

Ideo 'an' sive 'utrum' aliis praeponitur quaestioni- e 1v bus, quia omnis alia quaestio de re quapiam ipsam vel in causa vel in se vel in conceptu esse supponat oportet; tamquam ens enim accipimus de quo 'quid, quale, quare' inquirimus, licet in quibusdam ante quaestionis 'utrum' decisionem quid per nomen significetur intelligere oportet; postquam enim respondens audierit ab interrogante, quid Chimaerae nomine significetur, habet quomodo ad quaestionem 'an illa sit' respondere debeat. Porro id quod per nomina significetur, ante quamlibet disciplinam et inquisitionem praehaberi oportet; et ideo 'quid nominis' non intelligit Lullius esse quaestionem.

Quaestionis huius tres Lullius species adducit: affirmationem, negationem, dubium. Eorum enim, de quorum esse quaeritur, alia sunt necessario, et pro istis determinate est affirmatio; alia impossibiliter, et horum definita est negatio ; alia in utramque contingentia partem, et haec

---

14 tamquam *P*: tanquam *AG* 15 quaestionis *AG*: questionis *P*
18 Chimaere *G*: Chimerae *P* 26 *forse* definite

in controversam ducuntur assertionem. Certum est enim futuram eclipsim luna existente in capite vel cauda draconis, certum quoque quod de eodem secundum quod idem contradictoria non verificentur. Dubium est an sit futurum bellum, an legum innovatio subsequatur, an philosophus ditescat, et quodlibet vel in libera consultatione positum, et quod casus fortunaeque militat incertitudine, et quaecunque de par|ticularibus in natura possunt impediri, eque e 2r
excessu defectuque et alteratione fluctuantis materiae cursum destituere definitum.

DE SECVNDA REGVLA 'QVID' C. 667

IV. Membrum.

'Quid' est quo rei determinari quaerimus essentiam, et in quo aliquid genere consistat ambigitur. Quod si sit generalissimum, et consequenter neque genus admittat neque differentiam, per hoc tamen nihilominus quaerere licet de eiusdem propria, qua ab aliis generibus distinguatur, ratione; illa etenim quamvis non per superiora genera definiantur, nihil impedit quominus, per ea quae circumcirca et veluti a latere sunt apposita, certis veluti sepimentis intra proprios fines coërcita intelligantur. Quae igitur non per superiora neque per inferiora, per aequalia probe poterunt definiri; vel inquam per eorum quibus ab aliis universalibus dissepiuntur proprietates, vel non inepto quo Lullius facit modo, dicens: bonitatem esse qua magnitudo, duratio, potestas et quaecunque sunt, bona sunt, seu

---

2 eclipsim *G*: eclypsim *P* 7. 8 quaecunque *AG*: quaecūque *P* 13 quaerimus *AG*: querimus *P* 14 ambigitur *AG*: ambigiur *P* 25 qua (*dopo* esse) *G*: quo *P*

qua aliquid est bonificativum, bonificabile et bonificans, et est bonum; et ab hoc definiendi modo non abhorruit Aristoteles et Archytas d. 'qualitas est secundum quam quales esse dicimur.' Similiter intelligitur quantitatem, actionem, se habere et caetera id genus alia. | Quae igitur **e 2ᵛ** in communi sunt principiandi, regulandi vel subessendi ratione, secundum certam principiandi formam differant oportet, utpote per benefacere quod est a bonitate, et magnificare quod est a magnitudine; quod plane ita est illis proprium et definitio, ut nihil proprius, nihil peculiarius.

Eius quattuor afferuntur species quaestionis: 1. 'quid est in se', 2. 'quid habet in se', ⟨3.⟩ 'quid est in alio', ⟨4.⟩ 'quid habet in alio'.

'Quid est in se' quaerit essentiam et esse, seu quidquid per essentialem definitionem denotatur, quatenus species absolute simpliciter, et ratione qua ipsa est hoc ens in recto, non inquam ut huius entis, huic | enti, de hoc ente, **668** et omni alia qua ad aliud respicere videatur ratione, praeterquam si tale proferatur, quale hoc ipsum quod est quomodolibet ad aliud esse intelligatur.

'Quid habet in se' est secunda regulae C species; consequenter enim ad ipsum, quod noscimus quod est res in se, succedit quid in se habeat considerare, utpote ex quibus intrinsece habitibus coëssentialibusque consistat, quae ad esse conflandum, integrandum et in omni perfectione constituendum concurrunt.

'Quid est in alio' tertia est ordinate species succedens; **e 3ʳ**

---

3 Aristoteles et Archytas *G*: Arist. et Architas *P* *Arist. Categ. c. 8. 8^{a} 25* d. *P*: dicens *G* 5 actionem se habere *PG* 10 proprius] magis proprium *G* 11 quattuor *P*: quatuor *AG* 12 ⟨3.⟩ *e* ⟨4.⟩ *AG*: *om. P* 13 in *AG*: us *P* 19.20 ipsum, quod est quomodolibet ad aliud, esse *male G*

res enim ubi per intrinseca atque propria considerata fuerit, per aliena, extrinseca et relata contemplari desiderat, nempe quid sit et habeat in alio. Et hoc dupliciter: et per id quod potest, agit et causat in eo, et per id quod ab eodem potest pati atque recipere, recipit atque patitur; idque triplicem inspiciendo regionem: superiorem maiorum, meliorum, aequalem parium similiumque, inferiorem minorum et deteriorum. Simile iuxta alios triangulos ad distinctionum ordines esto iudicium.

‘Quid habet in alio’ sequitur proxime dictam quaestionem, sicut esse praecedit habere et habitus essentiam. Hoc habere in alio examinatur penes consequentia contingentiaque ei de quo est quaestio; ita in alio agente, patiente, consistente, concomitante, maiori, minori, aequali et aliusmodi iuxta proxime designatas rationes.

Exemplum huius regulae C ‘quid est homo in se?’ substantia animata rationalis; ‘quid habet in se?’ humanitatem, intellectum, voluntatem, sensum etc.; ‘quid est in alio?’ in Italia Italus, in sapientia sapiens, in loco locatum, in fine gloriosum; ‘quid habet in alio?’ in demonstrabilibus scientiam et rationem, in sensibilibus sensum et phantasiam, in possessis dominium, in Deo spem etc. Simile de aliis iudicium, discurrendo per : differentia, con- **669**
traria, contradictoria, similia, dissimilia, priora, poste- **e 3v**
riora etc.

DE TERTIA REGVLA ‘DE QVO’ D.

V. Membrum.

Questio ‘de quo’ sequitur ipsam quae est ‘quod est in alio’, sicut respectus extrinsecus intrinsecum, quod

---

22 dominium *AG*: domininum *P*

magis est absolutum semotumque ab eo de quo est, quam ab eo quod est. Habet species tres, quarum prima est de quo est primitive, principiative seu derivative secundum esse; secunda de quo constitutive, consubstantialiter, consistenter; tertia de quo est possessive, quod aequivalet quaestioni 'cuius est', quam liceret apponere pro alia regula ad dictionis proprietatem respicienti. Sed propter similitudinem quam habet haec quaestio in idiomate hispanico et italico, quibus quaerentibus possessive uti accidit illa particula 'de quien es? de chi è?' Quod si cui videtur ardua haec reductio, sciat Lullio nobisque secum non esse colloquium. Exemplum primi modi regulae D: 'de quo est homo originaliter seu initiative?' Vel dicitur de coelo et de sole et de patre, vel de praeiacente materia, vel de nullo intrinsece; totus | enim de alio esse minime **e 4r** potest. Secundo 'de quo est homo constitutive?' De anima et corpore, de elementis et potentiis intellectivis et sensitivis, seu de sua materia et de sua forma. Quae regula sequitur esse initiativum, sicut esse de principiis materialibus seu partibus sequitur esse agentis, initiantis, principiantis. Tertio 'de quo est homo possessive?' seu 'cuius est?' Dicitur metaphysice esse Dei, providentiae, fati vel (ut quorundam more loquare) fortunae; physice esse mundi a quo circumscribitur, substinetur, influxum recipit, et cuius est incola; ethice est suae concupiscentiae, voluntatis affectusque eius a quo tenetur, cui et mancipatur; civiliter dominationis, servitii, reli|gionis, regulae, instituti. Re- **670** sponderi tandem iuxta innumeras istorum species facile

---

4. 5 esse? secunda — consistenter? tertia *G* 8. 9 hispanico *A*³*G*: Hyspanico *P* 9 quaerentibus *AG*: querentibus *P* 10 *sarà da segnare una lacuna innanzi a* Quod 15 nullo intrinsecè *A*²⁻³: nullo intrinsecae *PA*: aliquo intrinsecus *G* 23 loquare *P*: loquar *AG*

potest, tum per hanc ipsam, tum et per alias discurrendo regulas, quibus ad omnem inventionem manuducaris atque copiam.

DE QVARTA REGVLA 'QVARE' E.

VI. Membrum.

'Quare' ordinate subsequitur praedictas omnes atque singulas; post ipsas enim quaeremus 'quare est? quare est hoc? quare est de hoc? quare est huius?' Imo et quare supponit rem esse, rem esse hoc esse de hoc, esse huius esse illius, et caetera. Post combinatas itidem quaerit 'quare est hoc quod esse dicitur, et esse hoc de illo vel illius?' Duas admittit species; est enim Lullio duplex quare: formale videlicet et finale. Ad quaestionem enim istam respondemus tum per principia formalia rei constitutiva, vel per suum ivum, abile et are, vel per primas duas regulae C species, vel per are primae speciei regulae D, et secundam eiusdem regulae speciem; tum per id ad quod ipsum de quo est quaestio videtur esse ordinatum. e 4v

Exemplum primae speciei, si quaeratur 'quare est homo?' dicitur quia est sua essentia, vel sui esse constitutivum, vel per suum ivum, abile et are, utpote quia est homificativum, id est causa eius effectiva etc. Resp. per primam speciem regulae C, per id quod est in se et habet in se intrinsece constitutivum et coëssentialia, quae ad secundam eiusdem regulae speciem referuntur; per tertiam item quartamque regulam C, unde responsio erit ab effectu potius quam a causa: 'quare est homo', id est

---

8 Immo *G* 10 quaerit *P*: quaerat *AA*$^{2-3}$: quaestiones *G* 22 Respondetur *G*

'quod signum habes de esse hominis?' quia | est in alio, e 5r quia habet in alio hoc; per are primae speciei regulae D dicendo 'per causare suae causae, initiare sui initii'; et per secundam eiusdem regulae speciem, dicendo 'quia est sua anima, suum | corpus, sua materia, forma' etc. Exemplum 671 secundae speciei, ut si quaeratur 'quare est homo?' respondetur metaphysice 'propter ultimum omnium finem', physice 'ut sit perfectissima animalium species, utpote in horizonte intellectualium et sensitivorum rationale', ethice 'ut sibi aliisque et primo reip. per iustitiam commutativam distributivamque vivat', 'ut suum intellectum et voluntatem ad verum atque bonum dirigat et ordinet'. Ita suo modo de caeteris.

DE QVINTA REGVLA 'QVANTVM' F.

VII. Membrum.

Quaestio F ordinate sequitur praedictas, quae intima rerum inspiciunt; nunc enim quantitas, quae primum essentialem rei naturam accidentaliter consequitur, utpote quae in omnibus physicis qualitatibus substrata intelligatur, sine qua ullam ex iisdem ne imaginari quidem esset possibile; ideo recte hanc omnes post substantiam immediate subordinatam accipiunt.

Ipsa duas habet species: continuum videlicet et discre- e 5v tum, quandoquidem alia est circa magnitudinem, alia numerum, alia mensuram significat, alia per additionem et multiplicationem, alia per divisionem partitionemque tendit in infinitum, alia principium habet punctum, alia unita-

---

6 ut *om.* *G* 10 reipublicae *G* 15 VII. *AG*: III. *P* 24 magnitudinem, ⟨alia circa multitudinem⟩ *G*

tem. Subdividitur in eam quae molis est corporeae, vel momenta substantiae, essentiae, virtutis, efficaciae, praestantiae, et horum similium vel oppositorum, significat, et habet latissimum campum, ut alibi licebit intueri.

Exemplum primae speciei 'quantus est homo secundum magnitudinem?' dicitur tantus, ut in augmento perfecto constitutus sit maior serpente, cane; minor bove, camelo, elephante. 'Quantus in esse apto ad vitam?' non infra sexquicubiti magnitudinem, non supra decem cubitorum. 'Quantus secundum multitudinem?' non | pauci, non innumerabiles, **672** non infiniti. 'Quantus partium multitudine?' considera partes intrinsecas, extrinsecas, animam, animae potentias, corpus, corporis partes proximas usque ad elementa. Exemplum secundae speciei 'quantus est virtualiter, efficaciter?' considera et magnitudinem et multitudinem operationum, et examina per maioritatem, aequalitatem et minoritatem. Tantum enim potest unus homo, quantum perfectus alter, ut patet in homificativo, abili | et are, **e 6r** et aliis communibus propriisque accidentibus; quod est per aequalitatem examinare. Responde etiam quod potest magis et plura facere quam species animalium infra ipsum, minus speciebus animalium quae simpliciore corpore vel simplici consistunt elemento, vel substantiae sunt corporeae magis spiritualis vel intellectualis; et hoc est per minoritatem examinare subiectum. Idem de examine per alios triangulos est iudicium, circa alia principia D 'quanta sit sua bonitas, sua sapientia, magnitudo, virtus, scientia' etc.

8.4 oppositorum, significat, et habet *P*: oppositorum; significat et habet *G* 9 sesquicubiti *G*

DE SEXTA REGVLA 'QVALE' G.

VIII. Membrum.

Quaestio haec praecedentem sequitur ob dictam rationem, quia omnis physica qualitas est corporea et est in subiecto dimensionato consistens; non quantum enim, neque mobile, neque alterabile, neque calidum, neque rarum esse potest. Hinc recte sentiunt quidam e Platonicis atque Peripateticis, materiam mediante quantitate esse reliquorum accidentium susceptivam, nec minus congrue qui dicunt indeterminatam quantitatem esse cum materia perpetuo
consistentem, | quae subinde per certas terminatasque for- **e 6v**
mas substantiales, has vel illas, maiores vel minores, iuxta unum vel alium gradum et numerum sibi definiant dimensiones, quas conditio essentialis specificaeque differentiae
natura velut | intexit, ut subinde extrinsecae qualitates pro **673**
commodo subiectique congruentia superveniant.

Duas habet haec regula species, ut duplex est quale: proprium videlicet et appropriatum. Primum est naturale innatumque illud, quod soli speciei convenit et cum ipsa praedicative convertitur, illi soli omni semperque congruens. Secundum est quod post et extra innatam qualitatem, aut praeter, aut ultra, aut supra, aut secundum sequentem naturae ordinem succedit, aut a casu vel fortuna, aut ab intrinseca electione, quomodo et qualecunque sit illud.

Exemplum primae speciei, si quaeratur 'qualis est homo?' dicitur per primam regulam G 'est risibilis', quod est per innatam qualitatem, 'est rationalis', quod inno-

---

13 definiant *P*: definiat *emenda G* 14 specificeque *PG*

minatam essentialem indicat differentiam; alioqui enim ultimae rerum differentiae (sicut et earundem essentiae) innominabiles et inattingibiles esse dicuntur. Exemplum secundae speciei 'qualis est homo?' dicitur theologice 'beatificabilis, glorificabilis ultra finem et naturale bonum'; ethice 'malus per maiorem eius ad malum inclinationem, et bonus quia superio|rem et nobiliorem naturam imitatu- e 7r
rus regulatae rationis et intelligentiae innititur appulsui'; civiliter 'vilis, ignobilis, nobilis, heroicus'; physice 'sanus, bene contemperatus'; et ita multipliciter, logice, mathematice, mantice.

DE SEPTIMA REGVLA 'QVANDO' H.

IX. Membrum.

Quaestio 'quando' ideo sequitur, quia ubi quaesitum et consideratum quod est res et in re inhaerenter vel inexistenter, eorum quae circumstant, adsistunt et adiacent quod succedit; horum primum est tempus seu 'quando'. Ipsum vero 'quando' dupliciter consideratur: vel secundum eam qua continuum quoddam est vel continui terminus rationem, et ita tempus est | proprie appellatum, atque 674
quantitatis continuae species; alio pacto proprius, prout per plures durationis species est determinabile, et ita est unum inter categorias generalissimum, cuius species sunt semper, aliquando, nonnunquam, anno elapso, mense futuro, hodie. Hîc Lullius iuxta communissimam capit ipsum significationem; omnes enim quaestiones quam latissime sumi possunt, sicut et alii termini capiuntur.

---

9 civiliter *AG*: Ci-|uiter *P* 15 inhaerenter *AG*: inherenter *P* 17 quod (*nella solita abbreviazione*) *P*: ratio *G*: *piuttosto* quaestio 21 magis proprie *G* 23 categorias *G*: cathegorias *P* 27 (sicut et alii termini) capiuntur *PG*

'Quando' quindecim dicitur habere species; totidem e 7v enim modis ad quaestionem 'quando' respondere possumus, puta quatuor modis regulae C, tribus modis regulae D, et octo modis utriusque regulae K adducendis. Quaerenti enim 'quando est homo?' dicitur 'quando est substantia animata sensitiva rationalis', quae est a prima specie regulae C; 'quando habet in se intellectum, voluntatem' et caetera, per secundam regulam; 'quando est in entitate ens, in bonitate bonus' etc., per tertiam regulam; 'quando habet in demonstrabilibus scibilitatem et scientiam, in sensibilibus sensum' et caetera, per quartam regulam; 'quando est originatus, initiatus a patre, coelo et aliis', per primam speciem regulae 'de quo'; 'quando est sua anima et suum corpus', per secundam speciem; 'quando est Dei, providentiae, fati, fortunae', per tertiam regulam; 'quando est mundi, a quo circumscribitur, continetur, influxum recipit', per eandem regulam. Similiter octo aliis modis per similitudinem regulae D ab ipsa regula K ad hanc H transferendis, de quibus infra.

DE OCTAVA REGVLA 'VBI' I.

X. Membrum. e 8r

Quaestio 'ubi' praedictas sequitur; post enim tempus, quod partim adsistit partim inexistit, extat locus, qui magis extrinsecum quid est, respectu cuiuscumque de quo est quaestio. Tempus enim tum circa rem, tum | in re ipsa 675 consistere videtur, 'ubi' vero et locus tantum circumcirca. Ipsum quoque dupliciter consideratur, et videlicet ut continuum quoddam partibus positionem ad invicem haben-

---

9 etc. *P*: et caetera *AG* 24 cujuscunque *G*: cuiuscunque *A*

tibus constans, et species quantitatis continuae, et proprie locus dicitur; et secundum propriam significationem prout est determinabile per ea quibus possumus respondere ad quaesitum 'ubi est aliquid', et est non solum generalissimum sed etiam transcendens. Et ita aut sumitur physice, vel secundum differentias locales, sursum deorsum, ante retro, dextra sinistra, intus extra, vel secundum denominatas locorum species, ut in coelo, in terra, in aëre et reliquis; aut civiliter in foro, in templo, in senatu; aut mathematice in tali numero, in tali mensura, pondere, gradu, toto; aut logice in genere, specie; aut metaphysice in bonitate, sapientia, concordantia. Ita generaliter est terminus huius artis, quatenus videlicet omnes, quibus aliquid esse in alio imaginari et dicere possumus, modos complectitur. | Sic verbum dicitur in mente, mens in verbo, e 8ᵛ planta in semine, linea in puncto, tempus in aeternitate. Unde contemplari licet artem istam organo vulgato scientiarum atque metaphysica, immo artibus omnibus, esse generaliorem; amplectitur enim scibilia, credibilia, operabilia, quidquid practicum, quidquid mechanicum, quidquid speculativum, quidquid contemplativum.

Habet haec regula itidem quindecim species, sicut et regula H; quot enim modis ad illam, totidem ad istam respondere possumus modis et iisdem, nihilo mutato praeter dictionem seu notam interrogationis; ubi videlicet aiebas 'quando', dicas 'ubi'.

---

11 *e* 18 metaphysice *etc.* *AG*: methaphysicè *etc.* *P*

DE NONA REGVLA K 'QVOMODO'.

Quaestio per elementum K designata duplex est. Prima est 'quomodo', quae praedictas omnes conse|quitur, quia 676 omnibus succedit quaerere quomodo; modus enim ubique supponit rem. Est enim intuitus modi essendi, quiditatis, dependentiae, consubsistentiae, possessionis, causae, finis, quantitatis, qualitatis, durationis, locationis, inexistentiae, postquam res omnes istae fuerint. 'Quomodo' vero dupliciter consideratur, sicut et duplex est modalitatis differentia, intrinsece videlicet substantia|literque, et extrinsece f 1r accidentaliterque; hîc secundum hos aliosque (si imaginari possunt) modos accipitur, quibus omnibus quaerenti modum responderi contingat.

Habet quatuor species: 'quomodo res est in se', 'quomodo est in alio et aliud in ipsa', 'quomodo est in partibus (quomodocumque partes habere contingat) et partes sunt in ipsa', 'quomodo transmittat aliquid extra se ab intra, vel aliquid immittat in se ab extra'.

Exemplum primae speciei 'quomodo homo est in se?' dicitur per a l i t e r et i v e: rationaliter, substantialiter, corporaliter, spiritualiter, constitutive, intellective, adiective, substantive; per adverbia: bene, male, sapienter, potenter, durative etc., ex absolutis praedicatis; item ex respectivis: principaliter, mediate, finaliter, differenter, concordanter, contrarie etc. Exemplum secundae speciei 'quomodo est in alio?' respondetur per easdem modorum

---

2 *prepone* ⟨Membrum XI.⟩ *G* 4 quaerere *AG*: querere *P* 5 quidditatis *G* 9. 10 dfferentia *P*: *em.* *AG* 16 quomodocunque *AG*

rationes et physice et metaphysice et logice et moraliter, localiter, definitive, finaliter, et mille aliis modis. Exemplum tertiae speciei 'quomodo in suis partibus, et partes suae in ipso?' respondetur eadem forma, considerando itidem quomodo et quales sunt partes, quibus integratur atque constituitur, physice, logice, metaphysice, quarum aliae propinquae, aliae remotae, aliae proximae, aliae ultimae, aliae sunt partes virtua|les atque potentiales, f 1v ut vegetativa, sensitiva, rationalis. Exemplum quartae speciei 'quomodo homo transmittit aliquid a se?' respondetur generalibus modis, adverbiando nomina principiorum, ut proxime | dictum est; distinguendo item modos, 677 quibus homo ex facultatibus corporalibus vel incorporalibus aliquid extra se mittit, producens, generans, alterans, immutans, vel quoad facultates animales, apprehendens, cogitans, intelligens; aliquid item in se immutando, excitando, innovando, augendo, per earundem facultatum diversitatem. Et ita species haec tria habeat membra: emissionem, immissionem et conversionem immanentium.

DE DECIMA REGVLA K.

Decima quaestio 'cum quo' est quam instrumentalitatis regulam etiam appellant, et est concomitantiae non minus regula, immo potius, quia instrumenti quaestio potius est 'quo' quam 'cum quo'. Sed quidquid sit in proposito, haec regula non ab re extremum nacta est locum; tum enim instrumentum, tum concomitans magis ab intrinseco rei distat, quam alia quaecumque ex praenumera-

---

1 e 6 metaphysice *AG*: methaphysicè *P* 24.25 proposito haec regula non *P*: proposito haec regula, non *G*

tis. Ipsum 'cum quo' est primo duplex: et videlicet cum quo aliquid agit, et cum quo aliquid recipit seu patitur; seu cum quo est activum vel active, et | cum quo est pas- **f 2r** sive vel passivum. Secundo (ut dictum est de 'quomodo') quatuor habet species, utpote 'cum quo est in se, cum quo est in alio vel aliud in ipso, cum quo est in partibus suis et cum quo partes suae sunt in ipso, cum quo aliquid extra mittit, cum quo intus innovat, commovet et inmutat ex interno?' respondetur per concomitantia et organa.

Exemplum primae speciei 'cum quo est homo in se instrumentative, seu quo est homo in se?' respondetur suo esse, suo posse, concomitanter cum omnibus iis quae sunt in se, quae ad ipsius se habent modum, cum angelo homo est in se, id est sicut angelus. Exemplum secundae 'quo homo est in alio instrumentative?' dicitur iuxta modum sui essendi in alio instrumentative, per instrumenta corporis et animae, haecque vegetativae, sensitivae, intellectivae: sic visus oculo est in visibilibus, | lingua gustus in **678** gustabili, tactus manu in tangibilibus vel extremis aliis partibus, abstracta specie intellectus in intelligibili. 'Cum quo est concomitanter in alio?' resp. cum iis quae in alio sunt ut homo. Exemplum tertiae 'cum quo homo est in partibus suis, seu partes suae sunt in ipso, quo est instrumentative?' resp. sua totalitate, cum omnibus iis quae sunt in partibus suis, et sicut omnia quae sunt vel consistunt in quodam toto vel totalitate quadam. Exemplum quartae speciei 'quo homo instrumentative transmittit aliquid a se?' respondetur per duas instrumentorum species,

---

5 *sqq.* in se?—in ipso? *etc.* *G*, *e v.* 7 sunt in ipso ? cum *anche* PAA^{2-3} 8.9 immutat *AG* 18 gustu *G* 21 *e* 24 respondetur *G* 23. 24 ipso, quo est instrumentative? *G*: ipso? quo est instrumentative, *P*

quorum alia ⟨sunt corporalia, alia incorporea; emittit enim aliquid extra per instrumenta corporaliter expulsionis ad generationem et ad alios actus, transmittit etiam extra se per vocem quae est instrumentum quo indicantur animae affectiones.⟩ | 'Cum quo concomitanter excitat aliquid in **f 2v** se?' cum omnibus quae immanentem utcumque admittunt operationem.

XI. Membrum.

Quemadmodum homine accepto pro subiecto discurrimus, ita et de quocunque alio proposito discurrere possumus aptatis praedicatis atque regulis modo conditionique eorundem; et ideo termini artis huius nullam contractivam recipere possunt differentiam, sicut fieri contingit ubi circa unum determinatumque genus artis est negotium. Errant igitur qui quasi definitiones Lullianas corrigere volentes, ad modum significandi reportant illum, qui in metaphysica comperitur vel logica aliqua. Mitto quando aliquis ex hisce terminis secundum totum suae significationis ambitum in una comprehenditur facultate. Ipsum igitur 'cum quo' sive instrumentativum non est solum artificiale vel physicum vel logicum vel morale, sed pro cuiuscunque subiecti considerabilis ratione, quomodolibet. Respondemus enim primo generaliter per ipsum i v u m et a r e; secundum generaliter iuxta has primas enumeratas species; tertio magis specialiter per proximas eas, quae de genere eius de quo est quaestio sive regula existant; quarto | specialissime iuxta modum proprium, proximum, **679** propriissimum et adaequatum illius.

---

1. 5 sunt—affectiones *supplito a penna nell' esemplare Augustano*: *om.* $PAA^{2-3}G$, *ma G cambia* quorum alia (*che in P è in fine di pagina*) *in* supra dictas 2 *forse* extra ⟨se⟩ 6 utcunque A^2G 8 XI.] XII. *G* 17 metaphysica *AG*: methaphysica *P* 26 existant *G*: existat *P*

PRIMAE HVIVS PARTIS EPILOGVS. f 3r

I. Membrum.

De iis ergo, quae primo generalissimeque ad artem istam pertinent, dictum est atque distinctum, allatae sunt ordinis eorum rationes. Porro licet ex superioribus multi fuerint rotarum ordines adducti, ex iis tamen omnibus quatuor, qui in combinatoriam praxim referuntur, memoria retinendi sunt: figurae videlicet subiectorum, absolutorum praedicatorum, respectivorum praedicatorum, et regularum. Quoniam vero in omni proposito semper unum iam determinatum designatumque subiectum accipitur, ideo pro necessitate trium tantummodo figurarum (quae sunt de iis quae circa subiecta) memoriam promptissimam habere oportet; quamvis et usu venire possint per angulos secundae figurae ad cuiuscunque particularis subiecti propositum caetera omnia adiective capta, ut sit homo divinus, angelicus, coelestis, imaginativus etc., elementum divinum, imaginarium, humanum, quantum, iustum etc., vel substantive accepta, ubi homo differenter vel concordanter vel alio modo sumitur cum omnibus aliis.

---

2 I. Membrum *om.* *G* 4 allataeque *G*

SECTIO SECVNDA. f 3v

Cap. I. DE TERMINORVM MVLTIPLICATIONE ET PRIMO SVBIECTORVM.

I. Membrum.

Unum de principialibus eorum, quae ad inventionem, iudicium et ea quae consequuntur ex istis faciunt, est ratio multiplicandi terminos, quemadmodum ad arboris frugalitatem ramorum multiplicatio necessaria est, sine qua frustra fructuum uberiorem sperare possis copiam. Addit igitur praecedenti praesens consideratio plus mo- 680 menti, quam in eodem genere simplo possit apponere centuplum. Eo igitur ordine, quo subiecta, praedicata atque regulae in superioribus habentur pro ratione artis huius definita, ad quem multiplicanda sunt modum etiam considerentur.

II. Membrum.

Subiectum ergo, circa quod versatur intentio, inquisitio, inventio omnis et iudicium, est semper illud unum, circa quod et de quo mul|ta affirmamus, negamus, dubita- f 4r mus. Ipsum si multiplicari et dilatari debeat, velut in centro circuli collocetur, unde ad circumferentiam multae diversaeque producantur lineae, ad eorum circumferentia-

14 sint *G*

lium terminorum extensionem, qui loco subiecti in eiusdem scientiae speciei conclusionibus accipi possint, utpote qui vel subiecto aequipollent, vel ipsum integrant atque quomodolibet constituunt, ad eiusdem apparatum, praeparationem, productionem et perfectam spectantes existentiam, qui vel cum eo convertuntur, vel essentialiter de ipso praedicantur et ad propriam idem denominent circumscriptionem. Eiusmodi sint subiecti partes, ut hominis anima, corpus et caetera; principia alia ex quibus et a quibus constituitur atque causatur vel proxime et immediate, vel mediate et primo; complexiones item proxime dictorum variae atque diversae, ut pars quam passio denominet, principium quod passio, passionem quam principium, principium quod pars, partem quam principium, passionem quam pars, partem quam passio, et ita de aliis; subiecti etiam actiones et operationes, quibus in similia et alia, vel a similibus et aliis afficitur, appropriate vel proprie; causarum enumeratio atque distinctio, effectuum percursio, contrariorum et quomodolibet oppositorum inspectio, congruentium quoque atque faventium commodorum ei quod ipsum vel ipsius vel quomodocumque | aliter **681**
appositum, et quidquid simile, dissimile, proportionale est enumeratis his et aliis enumerabilibus.

III. Membrum. **f 4v**

Huc accedant quaecumque de subiecto vel ⟨ut⟩ superiora, vel ut aequalia, vel adiective, vel substantive, nomina, praenomina, agnomina, synonyma dicuntur. Primo inten-


---

7 denominant *emenda G* 21 quomodocunque *G* 25 quaecunque *G* ut *G*: *om. PA*A^{2-3} 27 synonyma *G*: synonima *P*

tionalia, utpote quae ad rem significandam proxime referuntur, ut anima, corpus, homo, et omnia quae per decem categoriarum coordinationes explicantur; intentionalia secundo, utpote quae mediantibus primis intentionibus rebus ipsis iniuncta, per hasce tamen, in quibus habere fundamenta perhibentur, apposita non citra rationem habeantur. Omnia inquam haec post subiecti evacuationem, vel ante, vel simul, vel utcumque (pro rei tractandae natura) centro circuli succedant; ut quemadmodum subiectum ipsum per principia atque regulas est deductum, singula etiam, quae in huius rotae circumferentia sunt descripta, deducantur. | Unde rotam huiusmodi totam tamquam dictionem **682** unam concipias tandem, quae in centro circuli praedicatorum absolutorum et respectivorum triangulis habeatur. Sic ubi hominem per regulas atque principia deduxerimus, deducamus eius animam, eius intellectum, eius rationalitatem, partes, instrumenta, causas, effectus, et alia. Non minus enim per horum singula, quam per ipsum subiectum (a proposito subiecti nunquam recedendo) discurrere possumus. Figuram igitur, a qua quilibet ad libitum | sub- **f 5r** trahere, et cui ad libitum addere poterit, hunc in modum constituendam obiicimus, ubi S subiecti multiplicandi nota est, ea quae circum circa geminabilia et (dummodo certi numeri ratio modusque tandem servetur) multiplicabilia sunt ordinata, eorum omnium quae subiecti vicaria esse valeant.

---

3 categoriarum *G*: cathegoriarum *P* 8 utcunque *G* 12 tanquam *AG* 25 ordinata eorum omnium, quae *G* 26 *qui colloca la figura P*: *dopo* deducantur (*v. 11. 12*) *la pongono* $AA^{2-3}G$: *nella figura di G sono completate le parole* Principium, Effectus, Antecedens, Comitans *etc.*



⟨Cap. II.⟩ DE PRAEDICATORVM ABSOLVTORVM MVLTIPLICATIONE. f 5v

I. Membrum.

Eadem qua subiecta multiplicare docuimus, praedicata etiam multiplicare docuisse forma possumus. Collocare etenim ipsum vel problematis praedicatum vel expositum subiectum in centro licet deducendum, ut si videndum sit an mundus sit aeternus, postquam mundus et ea quae mundi sunt in centro circuli sunt digesta, haec quae aeternitas et ea quae aeternitatis sunt, digerantur; item ubi dictum est de mundo et mundi partibus, de bonitate

---

1 Cap. II. *G*: *om. PAA*[2-3] (*ma in P in fondo a f 5*[r] *c' è il richiamo* Cap.)

mundi bonitateque partium, de bonitate aeternitatis et eorum quae ad eius rationem spectant, complexe item de bonitate aeternitatis mundi, et ita deinceps de magnitudine, duratione, principio et reliquis est intelligendum. Horum singulis adde eorundem privilegia, titulos atque denominationes; pro B enim, quod est bonum, possunt stare sui communicativum, appetibile, gratum, dignissimum ut sit, ut ha|beatur, ad quod ordinata sunt alia, cuius **683**
corruptio non potest esse bona quia ipsum est bonum, quod ad interitum non potest esse ordina|tum tamquam **f 6r**
bonum, quia adhuc esset ordinatum ad se ipsum, quod debet cum aeterno bonificante manere, quod arduum, difficile, rarum, perfectum, in omnibus pro naturae capacitate insitum, et alia quae ex philosophorum sententiis decerpere valeas.

His adde catalogum eorum quae sub figuris omnibus et earum membris illi praedicato sunt conformia, similia, analoga, et ea omnia quae per elementa proxime positae figurae denotantur, et alia; contraria item et quomodolibet his adversantia, et dissimilia, quae pro negativis remotivisque discursibus habendis extant aptiora; adde dictorum omnium circumstantias atque distinctiones, prout in cuiuscunque altitudine latitudineque scalae insinuatur.

II. Membrum.

Si rhetoricus es vel poëta vel propheta, adde ex omnibus terminis qualiacunque occurrunt, assumptas metaphoras seu translationes, quas per similitudines, proportiones, vel per negationes, vel aliis modis qui in sigillis Apellis atque Phidiae a nobis aperiuntur, accommodes.

---

10 tanquam *AG* 16 catalogum *A²G*: cathalogum *PAA³* 23 *qui* scalae (*non* schalae) *anche P* 28. 29 *cf. sopra p. 85 e 133 sqq.*


Sic enim de omnibus omnia dici possunt, ut de homine serpens, planta, lectus, ovis, leo, lupus, radix, ramus, stirps, fructus, manus, cauda, dens, et alia centena millia. Porro expedit eos quoslibet assumere terminos, aliquo non inartificioso ordine digestos, e quibus unum, quem in vigesimo sigillo aperui, producam in medium, quo (cum principio artificiosiore memorandi ratione carerem) ego ipse uti consuevi. | Subiectum enim praedicatione terminorum famosi f 6v alicuius carminis vel cantici vel orationis terminis efformabam; ut si de prudentia mihi sermo fuerit habendus, accepta quae primum mihi sese offerret oratione, qualis est 'beatus | vir, qui non abiit in consilio impiorum', 684 hoc pacto procedens discurrebam. Prudentia est quae hominem tandem ad beatitudinem seu beatum in hac vita statum perducit et conservat, et fini suo coniunctum reddere valet. Hac puer et fatuus differt a viro, qui non temporis rationo multaeque aetatis peracto cursu, sed consilii maturitate indicatur; hac eadem senes decrepitique aetate confecti et imbelles, tauros, leones et ursos domant et subiiciunt. Prudens est, qui de rebus agendis recte consulit, et meditando praesentia et recolendo praeterita providet de futuris atque praecavet; non est qui haec tantum, quae obversantur ad oculos, considerat, non ex auditu aurium vel ex visu iudicat oculorum, sed et de possibilibus atque contingentibus futuris apte discurrit. Ipse est qui recto naturae divinaeque legis tramite incedens, in amplas perditionis vias non umquam abiit, ab arduo litterae pythagoricae dextro calle, ad dexteram vel ad laevam non divertit. Prudens sapientum et rationis, quae in animae

---

5. 6 *cf. sopra p. 89 sq. e 143 sq.* 11 accepta *e* offerret *AG*: Acepta *e* offerrret *P* 12 *Psalm. 1, 1* 18 decreptique *P*: *em. AG* 22 qui *G*: quae *PAA*$^{2-3}$ 27 unquam *A*$^{2-3}$*G* 27.28 *intende* Y; *cf. De compos. imag. p. 128. 153*

puppi residet, in c o n s i l i o conquiescit, quo se tueatur, exaltet et aliis prodesse possit; i m p i o r u m murmura non timet | et insidias. Et ita deinceps per aliorum terminorum f 7r
obiectum veluti manuductus, sive huius sive alius cuiuscumque memoratae orationis terminis, sive hoc sive quodcumque aliud subiectum deducendo, dilatet inventionis cursum. Quid item prohibet et hasce quascunque dictiones, ad subiecti denominationem adcommodatas, per principia, regulas et caetera deducere? Ut prudentiae beatitudinem, virilitatem, negationem, absentiam, impietatis adversitatem, consilium, viam, impeccabilitatem, constantiam, cathedram, pestis abactionem, sessionem, legem, dominium, voluntatem, meditationem, diem, noctem, similitudinem, arborem, plantationem, et caetera quae sequentibus eiusdem cantici dictionibus suggeruntur. Habes igitur S, quod significet prudentiam, et eos qui sunt in figurae circumferentia terminos, per quos illa deducenda occurrit.

f 7v
685



3 Et *om. G* 4.5 *e* 5.6 cujuscunque *e* quodcunquo *G* 17 *la lettera* S *nel mezzo della figura è stata aggiunta da G*

Cap. III. DE PRAEDICATORVM RESPECTIVORVM MVLTIPLICATIONE.

I. Membrum.

Ex antedictis de subiectorum absolutorumque praedicatorum multiplicatione multos ex temetipso elicere poteris modos, quibus iisdem praedicata respectiva multiplices; porro peculiares horum multiplicandorum modos explanemus. Multiplicantur igitur haec primo in propria significatione, secundo in aliena. In propria quidem tripliciter: primo unum respectivum praedicatum per alia respectiva deducendo, ut si dicamus BB differentia differentiae, BC differentia concordantiae seu concordantum, et ita dein|ceps **f 8r** usque ad BK, aliter quoque denominando dicendo differentia differens, differentia contrarians, principians etc.; ubi sicut deduxisti ipsum B, ita et ipsum C aliaque deducere poteris elementa. Secundo respectus ipsos commiscendo, duplicando, triplicando, quatruplicando, ut dicendo differentia principians, concordans, maior, minor, concordantia medians finalis seu in fine; et ita deinde iuxta propo|sitorum modum subiectorumque capacitatem. Tertio per **686** altitudinem latitudinemque ipsorum scalae, utpote a particularibus ad universalia conscendendo, descendendo e contra, et aliter (ut non est iterum repetere necessarium) faciendo.

In aliena autem dupliciter: primo per applicationem huius figurae ad primam, nempe subiectorum, quam nos attulimus, tum generalem, qua subiectorum genera dividantur, ut cum inter deum et angelum et hominem diffe-

---

12 dif-|erentia *P* **13** denominative *G* **27** tum *P*: cum *G*

rentia consideratur vel concordantia vel reliqua; tum particularem, ut cum consideratur inter hunc angelum et hunc hominem, hoc coelum et illud, hanc et illam virtutem. Secundo per deductionem terminorum huius figurae T per terminos generales figurae A, quae est prima Lullio, i. absolutorum praedicatorum, ut cum B angulus, i. differentia, ponitur sub bonitate, quae est B figurae illius, significando differentiam inter bonitatem et bonitatem, cum sub C, significando differentiam inter magnitudinem et magnitudinem, et ita ulterius quoadusque ad K deventum fuerit; deinde ponendo angulum inter B et C illius figurae, significando differentiam inter bonitatem et magnitudinem; | inter C et D, id est inter magnitudinem et **f 8v**
durationem, et ultra usque ad medium inter I et K; deinde in tertium, ponendo angulum B inter B figurae A et D figurae eiusdem, videndo differentiam inter bonitatem et durationem; inter C et E, inter magnitudinem et potestatem, et ita deinceps, nec minus ad alias aequidistantias interiiciendo medium, in quartum, quintum, sextum atque septimum. Tertio per acceptionem terminorum altitudinis et longitudinis scalae eiusdem, quae ex praecedentibus possunt esse manifestae. Hoc quod diximus de angulo B, de aliis omnibus triangulorum in praesenti figura complicatorum angulis dictum intelligatur. Multiplicantur quarto eiusdem figurae termini per eorundem ex regulis informationem, qualis in proxime dicendis erit manifesta.

---

5 e 6 i. *P*: id est *AG*

Cap. IV. DE MVLTIPLICATIONE REGVLARVM. 687


I. Membrum.

Satis per temetipsum ex superioribus regularum multiplicationem poteris intelligere, ad doctrinae nihilominus claritatem propositos non pigeat enume|rare modos. Multi- g 1r
plicantur ergo primo per significationis earum latitudinem, quia videlicet non sub alicuius definitae scientiae ambitu perquirunt; secundo per earum enumeratas species; tertio per earum ad invicem complicationem, ut ibi componuntur 'utrum' cum 'quid', dicenti: quid est hoc quod dicis esse? numquid est hoc ipsum quod definis? de quo est hoc ita definitum? Nec non singulas per singulas deducendo, ut patet in progressu linearum ab uno circumferentiae termino ad alios omnes designatos extentarum, unam tandem per duas vel duas per unam, ut in eadem figura manifestatur, ubi una quaestionum (quae hic per A designetur quaelibet) in centro collocata, primum quidem inde ad singulas, moxque a singulis ad omnes deducatur, ut BF: utrum est tale quale dicis? CKB: quid est illud, cum quo aliquid est aliquando? Ita de caeteris, etiam si ulteriores tentare velis quaestiones. Ubi tamen illud non debes existimare, quod quaestionum non est complicatio proprie, sed regularum. In omni enim problemate uno et singulari non plus quam unam possumus intelligere quaestionem, quam tamen in complicatione plurium regularum diversa unam nihilominus possumus et debemus intelligere.

---

14 extentarum A^{2-3}: extenctarum *PA* : extensarum *G*   16. 17 *forse* designetur)quaelibet in   22 est *P*: sit *G e marg.* AA^{2-3}

g 1v
688



B utrum	F quantum
C quid	G quale
D de quo	H quando
E quare	I ubi

K quomodo, cum quo.

Quarto multiplicantur per deductionem per regularum species universas, postquam per ipsa regularum genera sunt deductae. Ipsum quidem fit, tum per suas tum et per alienas; ut dicendo: quid in se? quid est in alio? quid habet? quid est quo originaliter? quid est eius quantitas, habitus, dispositio? ubi? quomodo? eius sursum? eius aetas quid est? Quinto per deductionem singularum specierum regularum per alias regulas: quare, utrum? id est ad quem finem haec res est? ad quem finem hoc est de aliquo?

---

11 Ubi? Quomodo? eius sursum? *PAA*²: Ubi | Quomodo eius sursum? *A*³: ubi, quomodo? ejus sursum, *G*

Sexto per deductionem specierum singularum regularum per omnes eiusdem et aliarum regularum species, ut facile per se ipsum quilibet inducens videre poterit. g 2r

Sic dispersa, inordinata vel aliter ordinata habes in quas reducas aggregesque classes, quia rebus in hypostasim quandam dispositis non inventionem ditare modo, sed et memoriam confirmare queas.

---

1 *la segnatura del foglio è* h2 *invece di* g2 *in P*   2 aliaram *P*: *em. AG*

SECTIO TERTIA. 689

DE IIS QVAE PRAECISE SPECTANT AD SECVNDAM INTELLECTVS OPERATIONEM, ET TERTIAM FIGVRAM RAYMVNDI LVLLI. Cap. I.

I. Membrum.

Licet ex superioribus omnia ex te possis intelligere (in his enim quidquid pertinet ad omnes operationes intellectus, nedum implicitum, sed et maxime explicatum habemus), | tamen hoc seorsum est animadvertendum, quod g 2v
quemadmodum considerata sunt universa per singula (nempe cum regulae post regulas, subiecta post subiecta, praedicata post praedicata, ad informandam simplicem eorum apprehensionem definiebantur), modo considerentur ut alia cum aliis complectuntur primo ad propositiones constituendas, quatenus secunda intellectus operatio exerceatur, compositio videlicet et divisio, seu affirmatio vel negatio. Hoc est illud quod licet contemplari in his quae habentur in Lullio, ubi de tertia figura, in qua ad binarium numerum (altero significante subiectum, altero significante praedicatum) elementa complectuntur.

Id autem dupliciter efficitur: vel in eadem figura, ut cum dicitur BC, i. bonitate magna; vel in diversis figuris, ut cum dicitur BC, i. bonitate concordans.

---

4 Lullii *G*   22 e 23 i.] I. *P*: id est *G*

II. Membrum.

Ipsa quidem compositio seu complexio tripliciter incedit: vel per discursum, ut cum ipsi B succedunt octo, dicendo BC. BD. BE. BF. BG. BH. BI. BK; ipsi C succedunt septem, dicendo CD. CE. CF. CG. CH. CI. CK; similiter deinceps ipsi D succedunt sex, ipsi E | quinque, ipsi **g 3r**
F quatuor, ipsi G tria, ipsi H duo, ipsi I unum.

Vel fit secundo per ascensum, ut cum dicitur KI. **690**
KH. KG usque ad octo succedentia, HG. HF. HE usque ad sex succedentia, FE. FD usque ad quatuor, ED. EC. EB usque ad tria, DC. DB duo, CB unum.

Vel fit tertio per concatenationem, ut cum dicitur BC. CD. DE. EF. FG. GH. HI. IK, quae concatenatio simplex est, et a singulis et ab omnibus potest exordium sumere, ut et proxime dicti ascensus et descensus; porro undecunque incipiendo ex vi propositi semper omnes annuli catenae, seu omnes camerae domus sunt examinandae, nempe si incipias a camera HI, verbi gratia dicendo: vera virtus, procedas inde ad IK. KB. BC. CD et caet. Unde quacunque incipias, ita semper omnes poteris discurrere mansiones, ac si camerae essent in circulum dispositae; etenim semper discursus eo revertitur, unde factum est exordium.

Vel fit quarto per geminationem, ut cum dicitur BB. CC. DD. EE. FF. GG. HH. II. KK; quos quidem quatuor in subsequenti tabella considerare facillime poteris ordines.

---

2 qnadrupliciter *emenda G* 12 *e* 13 concatenationem *etc. G*: concathenationem *etc. P* 18 DE. *G*: DD. *P* 16. 17 catenae *G*: cathenae *P* 19 caetera *AG* 25 facillime *A*[3]*G*: facilimè *PAA*[2]

g 3v


Bb	Cb	Db	Eb	Fb	Gb	Hb	Ib	Kb
Bc	Cc	Dc	Ec	Fc	Gc	Hc	Ic	Kc
Bd	Cd	Dd	Ed	Fd	Gd	Hd	Id	Kd
Be	Ce	De	Ee	Fe	Ge	He	Ie	Ke
Bf	Cf	Df	Ef	Ff	Gf	Hf	If	Kf
Bg	Cg	Dg	Eg	Fg	Gg	Hg	Ig	Kg
Bh	Ch	Dh	Eh	Fh	Gh	Hh	Ih	Kh
Bi	Ci	Di	Ei	Fi	Gi	Hi	Ii	Ki
Bk	Ck	Dk	Ek	Fk	Gk	Hk	Ik	Kk

Quae quidem tabella est tabella Lullii ingeminata; ita 691 ut illa habet triginta sex cameras, ista habet primo ex prima conversione septuaginta duas, deinde ex geminatione, quae per diametrum eius tabellae sumitur, erunt octoginta una. Geminatio quidem fit modo dicto per diametrum; reflexio fit hoc pacto, ut fiat ascensus eo unde factus est descensus, ut patet cum suprapositum quadratum, quod ex pluribus gnomonibus constat, dividitur in suos gnomones, hoc pacto ut sumendo ultimum gnomonem.

---

1 *prepongono il titolo* TABVLA *AA*$^{2-3}$*G* 16 supra positum *PG* 18 ut *om. G*

g 4r



Similis ratio est de penultimo usque ad primum, in quibus omnibus patet reflexio et reflexionis ordo. Universaliter autem causatur dicta figura ex hoc quod novem elementa huius artis, posita pro capitibus novem columnarum, extendant dorsum novem columnarum ex hoc quod unum elementum recipit omnium aliorum societatem et sui ipsius geminationem. Et ita pro hac parte habes formam subiecti et praedicati, quae quidem repraesentatur per duo elementa, per quorum | combinationem propositio 692
conflatur et secunda intellectus operatio informatur.

---

17 repraesentantur *G*

III. Membrum. g 4v

Istae sunt triginta sex camerae, quae quidem ex triplici significatione ipsorum elementorum constituunt in eorum evacuatione primo quidem duodecim propositiones; secundo viginti quatuor quaestiones, quae ex duabus regulis in duobus elementis significatis duplicant duodecim illas propositiones; tertio quae multiplicantur evacuatione ipsarum specierum dictarum regularum; quarto quae interpositione duorum mediorum per duo etiam elementa significatorum duodecim mediis propositiones multiplicantur, ut patet in sexta parte Lullii tum in Arte magna tum in Arte parva, quae est De evacuatione tertiae figurae, ordinatius autem atque brevius in nostris, ubi sufficit in camera BC exemplificasse, eodem modo se habentibus caeteris cameris. Ea omnia per haec a nobis hîc notata optime possunt intelligi et iudicari.

---

10 propositionibus *G*

SECTIO QVARTA.


DE HIS QVAE PERTINENT AD QVARTAM FIGVRAM ET TERTIAM INTELLECTVS OPERATIONEM. | Cap. III. g 5r

I. Membrum.

Consequens est modo de pertinentibus ad quartam figuram a Lullio propositam considerare, unde confletur tertia intellectus operatio, quae est argumentatio.

Quarta igitur figura componitur ex tribus circulis, quorum superior semper est immobilis, duo autem inferiores sunt mobiles, ut patet in praesenti schemate.

693



4 Cap. I. $AA^{2-3}G$ 11 *nella figura originale vi è solo il circolo esterno (e così anche in* AA^{2-3}*) : invece G ha i tre circoli come sopra a p. 25*

Ubi manente immobili utroque extremo, posito B circuli (g 5v) mediocris infra B circuli superioris et infimi, causantur novem camerae, quae sunt ex trigeminatis novem elementis; deinde sub B circuli superioris et supra B circuli inferioris posito C circuli medii, causantur novem aliae camerae, nempe BCB. CDC. DED. EFE. FGF. GHG. HIH. IKI. KBK; deinde moto D circuli medii inter duo BB supremi et infimi, causantur novem aliae camerae, nempe BDB. CEC. DFD. EGE. FHF. GIG. HKH. IBI. KCK. Similiter motis aliis septem elementis omnibus infra B circuli superioris et B circuli inferioris, acquiruntur totidem novenae camerarum. Unde sicut processum est in motu circuli mediocris infra duos circulos, similiter procedi poterit in multiplicationem earum per motum circuli inferioris sub duobus superioribus.

Habes igitur designatas columnas et cameras: columnae quidem sunt, quae constant ex pluribus cameris et sunt ipsa totalis variatio, quae fit ex uno motu unius elementi sub aliis vel infra alia; camerae autem sunt ipsae columnarum partes, quae omnes ex | (694) tribus constant elementis in proposito. Hinc patet ratio constituendae tabulae secundum ordinem.

DE RATIONE TABVLAE MAGNAE A LVLLIO POSITAE.

(g 6r) Habita tabula constante ex columnis causatis modo proxime dicto atque multiplicatis, emergit subinde tabula

---

2 *e* 13 mediocris *PAA*$^{2-3}$: medii *G* 2 *e* 11 *si aspetterebbe* ⟨supra B⟩ infimi *e* et ⟨supra⟩ B 9 EGE *abbiamo scritto invece di* FGF 13 similiter *P*: simpliciter *AA*$^{2-3}$*G* 25 ⟨Membrum II⟩ *prepongono* *AA*$^{2-3}$*G*

magna, quae constituitur ex ipso T addito et diversimode ordinato.

Ipsum autem T ponitur ad significandam variationem terminorum, ut habeas quando ipsa elementa significant terminos primae figurae, et quando significant terminos secundae figurae. Semper enim literae ante T significant terminos primae figurae, literae post T terminos secundae, ut quando T ponitur in principio, omnes termini sunt de prima figura. Hic ubi dicitur BCTB, significatur bonitas magna differens vel bonitas magnam habens differentiam; BTCB significatur bonitas differens per concordantiam (non enim concordare dicuntur, nisi quae aliquo pacto differunt, et omnia quae concordare dicuntur, quodammodo differunt; non enim dicitur idem concordare cum se ipso); TBCB significatur differentia concordantis et differentis, seu differentia inter id quod concordat et id quod differt; BCBT i. bonitas magna bonificabilis seu bonificantis seu bonificati, vel bonificabile vel bonificativum vel bonificare magna bonitate. Ecce quomodo ex una camera praecedentis tabulae exurget columna alia per diversas ipsius T coordinationes, ut patet | in prima columna Lullii, quae **g 6v** quidem constituitur ex camera BCD, modo B praecedente, modo C praecedente, modo D praecedente, et ipso T in elementis illis tribus diversimode secundum praedictum modum situato.

---

11. 15. 17 ⟨per⟩ BTCB *e sim. G* 17 i. (cioè id est)] .I. *P*: *om. G*
20 exurget *P*: exsurgat *G*

695

T	B	C	D	B	C	D	C	D	D	B	C	D	C	D	D	C	D	D	D
D	T	T	T	T	T	T	B	B	C	T	T	T	B	B	C	B	B	C	C
C	C	C	C	D	D	D	T	T	T	D	D	D	T	T	T	T	T	T	B
B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	C	C	C	C	C	C	D	D	D	T

Sicut ergo effectum est de hac camera BCD, ita effici potest de cameris omnibus aliis. Exempla per singula et per omnia ab ipso Lullio in sua Arte magna poterit qui volet intueri, sufficiat autem nobis eorum rationem, causam et ordinem insinuasse, tuque ex temetipso poteris meliori ingenio practicare melius; et a Lullio sufficiat tibi ipsius rei rudem formam percepisse, qui quidem omnem pulchritudinem et affabrilitatem soli bonitati ipsius negotii intentus contempsisse videtur.

---

1 *in G la tavola è, per ragione di spazio, disposta così*

B	C	D	T	C	D	T	B
B	C	T	B	C	D	T	C
B	C	T	C	C	D	T	D
B	C	T	D	C	T	B	C
B	D	T	B	C	T	B	D
B	D	T	C	C	T	C	D
B	D	T	D	D	T	B	C
B	T	B	C	D	T	B	D
B	T	B	D	D	T	C	D
B	T	C	D	T	B	C	D

DE VSV TERTIAE ET QVARTAE FIGVRAE ET TABVLAE GENERALIS. g 7r

Triplex cum sit intellectus operatio, ut in superioribus manifestavimus, in omnibus contingit complexionem terminorum assumere: in prima quidem definiendo, in secunda verificando, in tertia argumentando. Definimus, cum dicimus animal rationale mortale, qui termini sunt significati per EG. Verificamus, cum dicimus homo est animal rationale mortale, qui termini sunt significati etiam per FG. Argumentamur, cum dicimus omne utens ratione seu ratiocinativum est animal rationale, homo est quoddam ratiocinativum, ergo est animal rationale; qui termini sunt significati | per EFG, ubi F significat medium, 696 propter quod praedicatum ipsum, quod est definitio, convenit ipsi subiecto seu definito seu definibili.

Per tertiam ergo figuram habemus definitiones et propositiones, quae ambae constant ex duobus terminis; definitio enim conflatur ex genere et differentia, propositio vero ex subiecto et praedicato.

Per quartam vero figuram contingit tum definire, cum sumimus genus cum pluribus | differentiis, ut cum dicimus g 7v animal rationale mortale. Contingit etiam verificare cum tribus vel pluribus terminis, ut cum dicimus Deus est magnus potentia et sapientia. Contingit etiam demonstrare, cum inter subiectum et praedicatum, utpote inter unum terminum significatum per circulum superiorem tertiae figurae, et circulum inferiorem eiusdem, assumimus diversa

---

8 *preponyono* ⟨Membrum III⟩ $AA^{2-3}G$ 8. 10 Verificamus — etiam per FG *om.* *G*

media ad demonstrandum ipsum significatum per elementum infimi circuli praedicari de significato per elementum superioris circuli, ita ut circulus medius semper significet causam vel medium propter quod praedicatum dicitur de subiecto. Quod pateat per exemplum istud. Vis demonstrare Deum esse omnipotentem, habes Deum pro subiecto, habes omnipotentem pro praedicato, dispone ergo elementum B in circulo superiori significans subiectum quod est Deus, E circuli infimi significans praedicatum quod est potentia summa. Pro demonstrando et probando oportet investigare et invenire medium seu causam; manentibus ergo inmobilibus supremo et infimo circulo, ducantur infra duo illa caetera elementa per ordinem, revolvendo medium circulum, ponendo primo B infra praedicta et dicendo BBE, i. omne diffusivum sui ipsius (quod est unum de rationibus bonitatis) habet potentiam qua se ipsum diffundit, Deus est summe sui ipsius diffusivus, ergo summe potens seu omnipotens. Vel sic: omne | summe bonificati- **g 8r**
vum in summo potest benefacere et per consequens potest in summo, Deus | est summe bonificativus et per conse- **697**
quens etc., ergo etc. Deinde loco ipsius B medii succedat C, dicendo BCE: omne sciens omnia seu summe sciens potest super omnia seu habet summam potentiam, Deus est summe sciens et intelligens super omnia, ergo habet summam potentiam seu omnipotens est. Similiter per alia media fieri potest. Quae quidem media non solum sunt termini ipsi in arte expliciti, sed etiam esse possunt innumeri alii, prout superius docuimus, ordinando domos pro termi-

---

6 omnipotentem? habes *G* 12 immobilibus *AG* 15 i.] id est *G* diffusivum *AG*: diffusium *P* 21 et caet. ergo et caet. *P* (*non A*), *e così altrove* succedat *AG*: succaedat *P*

nis praecipuis in arte explicitis, in quibus sunt plures camerae et loca particularia referentia terminos significantes bonitatem, magnitudinem, differentiam etc., quia sunt vel eorum concomitantia, vel eorum effectus, vel eorum signa, vel eorum causae; unde quatruplex genus demonstrationis emergit, ut videbitur.

Ipsum ergo B medii circuli non solum stat pro significanda bonitate, sed pro innumeris aliis, nempe suo concreto, communicativo sui, appetibili, mali contrario etc. Similiter de sapientia et aliis.

Quo ergo plures terminos tibi comparaveris, magis dilatando et replendo domos, quas ordinavimus constituendas, eo plura atque certiora habebis media, | quibus eandem **g 8v** conclusionem non ex futilibus et vana multiplicitate valeas demonstrare, sed ex propriis et necessariis. An hucusque pertigerit Lullius, tu ipse considera, et perpende quantum huic arti additum sit a nobis.

Postquam vero discurreris per revolutionem circuli mediocris, per informationem camerae BE adsciscentis medium ex omnibus novem elementis ex una figura, utpote prima, quasi ipso T subsequente, dicendo in forma BBET, BCET, BDET, et ita deinceps, poteris nova argumenta ordinare, adsciscendo terminos ex alia figura, quasi ipso T praecedente, dicendo in forma TBBE, TBCE, TBDE, et ita deinceps; rursum et alia | argumenta, admiscendo unam **698** figuram cum altera, dicendo BTBE, BTCE, BTDE, et ita deinceps, quae omnia clara sunt exemplo superiorum.

---

5 quadruplex *G*   18. 22 *sic*   18. 19 mediocris *PAA*$^{2-3}$: medii *G*

DE MVLTIPLICI VIA DOCTRINAE ET MEDIO AD DEMONSTRATIVE CONCLVSIONEM INFERENDAM. CAP. IV. **h 1r**

I. Membrum.

E supra dictis facillimum esse constat innumerabilia (ut et innumerabiles fere sunt termini, et velut infinitae terminorum combinationes) ad aliquid concludendum asciscere nos posse media; iam aliquid obiter de ipsorum speciebus ad diversimode pro subiectorum mediorumque diversitate demonstrandum afferre non pigeat. Quod ob eam maxime causam faciendum ducimus, quia (asinorum quorundam iudiciis praetermissis, qui brutali quadam temeritate ea quorum ipsi nullam habere possunt rationem, vana per se ipsa volunt iudicari) aliqui nonnullo ingenio donati in eo ipso huic arti detrahunt, in quo maxime convincitur excellere. | Quod sane ab eis ideo factum esse constat, quia **h 1v** eorum de arte ista ratio eo usque conscendisse non potuit, unde velut e densa nigraque silice lumen ignemque sublatescentem excuterent. Ex iis unum mihi alioqui non admodum vulgaris ingenii atque iudicii vidisse licuit, qui in libro quodam, qui De vanitate scientiarum inscribitur (ubi titulus ipse quale sit in operis progressu studium, plus quam satis, nisi me forte ironica illa eiusdem libri conclusio fallat, expressit), hanc artem inquit in copia, ordine, ostentatione et veluti quadam fimbriarum dilatatione consistere, ita ut non scientiam et aliquam ma-

---

3 CAP. II. $AA^{2-3}G$ 7.8 adsciscere *G* 20 '*Cornelium Agrippam innuit Brunus*' *annota G*, *e* 'Cornelius Agrippa' *hanno in margine* AA^{2-3}; *cf. Agripp. De Vanit. scient. c. 9* 26 non ⟨tam⟩ scientiam *emenda G*

gnificiendam contemplationem, quam multae doctrinae profundiorisque cognitionis pariat existimationem. Porro **699** nihil de hac arte dicit ille, quod idem de caeteris facultatibus atque scientiis (praeter illam quam ipse in fine videtur extollere) dici nequeat. In universis etenim nullus nisi plus quam mediocriter stultus veram et non vanitati similem post omne studium se nactum esse noverit scientiam; quod sane et is, qui maxime omnium philosophorum humano ingenio tribuisse videtur, Aristoteles, testatur, ubi rerum substantias ultimasque differentias innominabiles inperceptibilesque dicit, et oculum intelligentiae nostrae ad manifestissima se habere naturae haud aliter quam nocturnae avis oculos ad lumen solis. Mitto eos qui veritatem in densissima caligine consistentem definientes, tunc se maxime cognovisse et culmen attigisse philosophiae **h 2r** existimabant, cum suam ignorantiam non ignorare sibi viderentur. Quod ergo per omnes scientias habere tandem possibile est, per artem istam utpote per causam maxime generalem acquiritur. Quod si caeterae praeter existimationem nihil quod sit ingentis momenti prae se ferunt, satis est quod ista ultra existimationem aliquid contineat, quod vir ille aut prorsus non penetravit aut non satis.

II. Membrum.

Ad propositum igitur est animadvertendum, quod cum multiplex extet argumentationis et artificiosae demonstrationis genus, utpote ab iis quae nobis sunt promptiora, ab iis quae secundum naturam sunt notiora, ab iis quae notiora atque priora sunt secundum esse et secundum co-

---

11 imperceptibilesque *G* 11. 13 *Aristot. Metaph. α1. 993b 9*
24 quod *AG*: qud *P*

gnitionem eadem, qualem in mathematicis ordinem esse vulgatum satis est; triplex non sine causa demonstrationis genus a quibusdam Peripateticis Arabibus adducitur, simpliciter videlicet seu causae generaliter, propter quid seu causae essendi, et quia seu causae cognoscendi vel signi. | Demonstrationem simpliciter definiunt, quae est ex 700 prioribus causis atque principiis, a quibus iisdem res fit et primo cognoscitur, ut punctus, linea et angulus se habent ad figuras; demonstrationem signi dicunt, quae ex prioribus eiusmodi incedit, quibus res | cognosci tantum primo inci- h 2ᵛ pit; demonstrationem vero propter quid, quae ex causis essendi a sensu rationeque remotioribus ad ipsum effectum discurrit. Divisionem hanc tamquam in suo genere magis sufficientem probamus, quantumvis eam Graeci non attigerint commentatores, et Aristoteles non tantum expresserit quantum ignorantibus et crassioribus satis esset ingeniis.

III. Membrum.

Huic triplici demonstrationis generi, quod e duobus prioritatis unoque posterioritatis modis integrari videtur, quartus a nobis modus ille adiicitur, quem ex aequalibus seu coaequaevis dicere posses, utpote qui est ex iis quae nec subiectum antecedunt neque subsequuntur, sed comportantur, cumque eo posito necessario ponuntur ipsumque definiunt. Hoc ipsum demonstrationis genus est peculiare Lullio, estque certissimum quod pro confirmatione praedicati de aliquo subiecto possit haberi. Ipsum explicavit per suum ivum, abile et are.

---

8 punctum *G* 18 tanquam *AG*

Hinc certissimam verissimamque demonstrandi rationem sumere licet. Undenam enim melius aliquid bonum esse possumus argumentari, quam ex eo quod ivum est, quod scilicet principium intrinsecum habeat benefaciendi seu faciendi boni? quam ex eo quod habet are, id est benefacere, quod bene¦facit vel bonum efficit, sicut solem **h 3r** esse calidum ex eo quod calefacit, lucidum ex eo quod lucet, lunam esse luminosam ex eo quod illuminatur, quod est per atum. Hoc non est ostendere per effectum, neque per causam, neque per utrumque. Cum enim | ostendo veri- **701** tatem solis per suam lucem, non ostendo per effectum; lux enim non est effectus solis, sicut neque calor, ut eius est forma perpetuo subiectum concomitans, non est effectus ignis; sed lux illa quae est ab illo in corpus illuminabile diffusa, et calor iste qui calefactibili subiecto imprimitur, sunt effectus huius et illius: tale igitur are et atum, id est tale agere et ita natura affectum esse, rei veritatem non ab effectu neque a causa, sed ab eo quod est in ea ipsa, insinuant. In iis item quae coordinata sunt et ab invicem inseparabilia (ut in correlativorum contrariorumque existentia est etiam manifestum) citra rationem causae et effectus potissime contingit demonstrare. Sed huius considerationis locum satis in praesentiarum indicasse sufficiat, si quidem de hoc ipso latius alibi a nobis dictum est. De modo autem, quo ex appropriatis subiectoque convenientibus, ut partibus et principiis quae sunt in facto permanentia, atque propriis affectionibus aliquid de subiecto licet enunciare, in superioribus satis commonstravimus.

---

5 *l'interrogativo è piuttosto da porre dopo* atum *a v. 9* 24 *cf. 'De la causa', Opp. ital. ed. De Lagarde p. 286, 2* 27 atque <ex> *G*

IV. Membrum.

Itaque artem hanc a Raymundo Lullio adinventam h 3v ita complevimus et ab omni contemptibilitatis praetextu vindicavimus, ut omnino proprium orbem adeo complevisse cognoscatur, ut omnino impossibile sit ei (pro homogeneis) aliquid amplius adiicere. Si quae autem sunt quae latiore videntur explicatione indigere, qualis est amplior et extentus tabulae magnae typus, haec omnia et alia ad horum circumstantias facientia sufficientissime in libro De architectura artis Lullianae a nobis extant enucleata, cuius quidem pertractationis intentiones istis adiectae patefacient nos nihil eorum, quae ad facultatem usumque praesentis artis faciunt, | praetermisisse. Quicunque igitur 702 horum futurus lector es et studiosus, si hactenus istas minus fueris assequens intentiones, roga Deum ut repetitis actibus consequaris, quae quanto profundiore coniectaveris ingenio, tanto ex intimioribus inventionis istius efferes encomia, et tanto maiores Lullio inventori, mihi excultori et Deo bonorum omnium elargitori gratias agas.

---

8 extentus A^{2-3}: extenctus *PA*: extensus *G*   15 assequutus *G*
19 Finis *sottoscrive G*

Il frontispizio manca in AA^{2-3}: Iordanus Brunus Nolanus *P*: Jord. Brunus Nolanus *G*. *Invece* Eremitae *G*, Heremitae *P*.

IORDANVS BRVNVS NOLANVS.

DE

SPECIERVM SCRVTINIO

ET

LAMPADE COMBINATORIA

RAYMVNDI LVLLII

DOCTORIS EREMITAE OMNISCII PROPEMODVMQVE DIVINI.

PRAGAE.

EXCVDEBAT GEORGIVS NIGRINVS,

ANNO M. D. LXXXVIII.

ILLVSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOQVE D. a 2r

603

DON GVILHELMO A. S. CLEMENTE

EQVITI ORDINIS S. IACOBI DE ESPATA,
SERENISSIMI HISPANIARVM REGIS CATHOLICI A CONSILIIS EIVSDEMQVE
AD CAESAREAM RODOLPHI II. IMPERATORIS MAIESTATEM LEGATO

IOR. BRVNVS NOL. S. D.

Quemadmodum animalia muta, quamvis laudatis orta parentibus, non ullus generosa existimabit, nisi fortia, ita homines appellari nobiles iure nequeunt, nisi propria extiterint virtute commendati. Ideo tribus a Platone enumeratis sub nobilitatis genere speciebus: prima, | quae a sapientibus, probis derivat atque iustis; secunda, quae ab heroibus et principibus; tertia, quae ab iis qui vel bellica negocia praeclare gesserunt, vel certaminum coronas reportarunt, in posteros effunditur; quarta tandem illa species ab eodem omnium praestantissima iudicatur, qua quis per se animi magnitudine multitudinem antecellit; secus etenim disposito, si quando cum suis maioribus conferatur, haud iniuria Persianum illud auribus inculcabitur a 2v

Hic petit Euphratem iuvenis, domitique Batavi
Custodes aquilas, armis industrius: at tu
Nil nisi Cecropides truncoque simillimus Hermae;

---

1 D. *P*: Domino *G* 8 nisi fortia *P*: nisi eadem quoque sint et fortia *AA*^{2-3}*G* 10 commendati *AG*: comendati *P* 14 negocia *PA*: negotia *A*^{2-3}*G* 19 Persianum] *invece sono versi di Giovenale* (*8, 51 sqq.*)

Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod
Illi marmoreum caput est, tua vivit imago —

illud optime cavisti, generosissime admodumque magna- **604**
nime Domine, ne solo hereditario maiorum tuorum splen-
dore clarus, minus propria, in te exorta et a te ipso com-
parata omnis generis claritate tot rationibus enitesceres
atque numeris, quot certe tum | quia manifesti sunt, tum **a 3r**
quia maiores quam huic loco congruente compendio et
orationis stylo tractari possint atque debeant, recensere
praetermittam. Ea ipsa sunt in causa, ut cum principi
huic Lulliano ingenio meisque circa eundem studiis pa-
tronum, qui tum iudicio tum authoritate polleret, explora-
rem, usque adeo illustris Excellentia potissime omnium
exoptanda visa est, ut cuius patrocinio sublimis huiusce
artis studia committerem, ne forte cuipiam surdo fabulam
narrare, caeco speculum praesentare, vel Thersiti ducis
Achillis arma offerre conspicerer. Ad heroicum ergo ge-
nium et ingenium vester hic vestrasque Lullius confugiens
ita (mihi certe persuadeo) suscipietur, quemadmodum ipsi
ad vestros tanquam ad proprios lares hilariore spiritu
contigit adventare; ubi non minus compertum esse video
me super illius adinventionem excolendam elaborasse,
cuius intelligentiae divinitatem summi philo|sophorum **a 3v**
principes, ut olim consuevere, ita et in posterum admi-
rari, persequi et imitari perpetuo debebunt; a quo quanto
diviniora atque profundiora, tanto paucioribus pervia mi-
nusque nota ingenia, mysteriorum, quae in multiplici
doctrinae torrente delitescunt, fontes hausisse fatentur. A

---

2. 3 imago. | Illud *PG* 8 quam ‹ut› huic *emendano* $AA^{2-3}G$
10 Ea ‹certe› ipsa $AA^{2-3}G$ 12 autoritate *AG* 14 huisce *P* 15. 16 *cf. Horat. Epist. 2, 1, 199 sq.* 28 hausisse *AG* : hauxisse *P*, *cf. sopra p. 234, 9*

cuius sufficientia ebibita nomen atque gloriam plurimi sibi comparare studuerunt, qui propriis super haec commentariis non tam Lullium declarare, quam vel per adtentatum Lullium nomen proprium illustrare elaborarunt. Iam quid tandem ego super ipso praestiterim, vestrum et aliorum, qui intelligentiae lumine non sunt orbati, esto iudicium. Sub duobus nempe hisce **Lampadis** et **Scrutinii** titulis ea certe complectimur, quae ad artes omnes Lullii inquirendas, intel|ligendas, nec sine iudicio prosequendas sufficere **605** iis facile possunt, qui vel mediocriter in significationibus terminorum vulgaris philo|sophiae fuerint versati. Hîc **a 4r** namque integre expressisse videmur, quidquid praestantissimus author iste in multis complectitur artibus, in quibus idem inventum, nunc per unam, ut ipse loquitur, viam, nunc per aliam nititur aperire; in istam quippe compendium contraxisse credimur, quicquid idem pluribus ad divinae combinatoriae artis complementum insinuat, in Artibus brevi, magna, inventiva, demonstrativa, mixtionis principiorum, Auditus cabalistici, Arboris scientiae et aliis, si quae aliae (ut certe extare debent) extant eiusdem argumenti plurimae. His addam aliquid permagni momenti, quod sub praedictis inscriptionibus Auditus cabalistici et Septemplicis arboris divinus vir iste occuluit et obsignavit, quae propediem (volente Deo) sub titulo Lampadis cabalisticae huic cognatae arti subnectendae in lucem producam, quo sub eodem illustrissimae Excellentiae tuae praesidio atque favore queant tutissime consistere. | Accipiat interim a me **a 4v**

3 attentatum *AG* 12 quidquid *P*: quicquid *AG* 13 autor *AG*
15 in istam *P*: In hoc *emendano* $AA^{2-3}G$ 22 praedictis *AG*: predictis *P*
25 volente Deo *P*: *om.* $AA^{2-3}G$

quidquid hoc operis est, quod hoc principio Eam voluntatis et observantiae erga se meae admoneat. Deum omnipotentem precor, ut Eiusdem vitam et actiones in dies magis atque magis ad suam gloriam et Reipub. salutem fortunando promoveat. Pragae X. Iunii M. D. LXXXVIII.

---

1 quicquid *AG* 3 precor *AG*: praecor *P* 4 reipublicae *AG*

DE LVLLIANO SPECIERVM SCRVTINIO.

a 5r 606

Cap. I. Propositum.

Penitius inspicienti constat omnem artem omnemque disciplinam, ob id quod vel naturam imitatur vel hanc exorbitantem corrigit aut adversam impedit, primo principia quaedam et elementa suscipit, secundo eadem in simpliciores combinationes adcopulat, ultimo magis multiplices atque varias e simplicibus educit complexiones, e quibus certe specificae suboriuntur rerum differentiae, quales numeris huiusce generis comparantur.

Horum certe omnium artificiosa comprehensio in huiusmodi scrutinii dispositione, quam Lullius primo delineando et inumbrando invenit, a nobis tandem propriis coloribus inspicienda obiicitur.

---

1 *prepone* Jordanus Brunus Nolanus *G*, *il quale anche annota 'Hic tractatus, quamvis plura contineat, quae supra sub titulo architecturae Lullianae habentur, tamen quia et singularis Bruni liber est, ac multis in rebus haud parum recedat a laudato opere, inter cetera Bruni scripta suo jure receptus est.'* 2 Propositum. Cap. I. *traspongono* $AA^{2-3}G$, *e similmente nei capitoli II-VI* 3 Penitius *AG*: Paenicius *P* 6. 8 elementa suscipere—combinationes copulare (*non* adcopulare), ultimo ‹denique› magis multiplices variasque e simplicibus educere *emendano* $AA^{2-3}G$ 12 scrutunij *P*

Cap. II. De artis elementis.

Artis huius alphabetum novem dumtaxat complectitur elementa, quorum singula vicibus quatruplicis significati subministrant.

a 5v 607

	B	C	D	E	F
Subiecta.	Deus.	Angelus.	Coelum.	Homo.	Imaginativum.
Praedicata absoluta.	Bonitas.	Magnitudo.	Duratio.	Potestas.	Sapientia.
Praedicata respectiva.	Differentia.	Concordantia.	Contrarietas.	Principium.	Medium.
Quaestiones.	Utrum.	Quid.	De quo.	Quare.	Quantum.

	G	H	I	K
Subiecta.	Sensitivum.	Vegetativum.	Elementativum.	Instrumentativum.
Praedicata absoluta.	Voluntas.	Virtus.	Veritas.	Gloria.
Praedicata respectiva.	Finis.	Maioritas.	Aequalitas.	Minoritas.
Quaestiones.	Quale.	Quando.	Ubi.	Quomodo. Cum quo.

---

2 duntaxat *AG* 3 quadruplicis *AG* *la pagina a5r di P finisce con* quorum singula vi- *e la continuazione* -cibus quatruplicis *etc. si legge a principio della pagina a6r, perchè tutta la pagina a5v è occupata dalla tavola* 6.21 *nella tavola di P sono sempre abbreviate le parole della prima colonna* (Sub. | prae. ab. | prae. res. | Quaest. | , *e la seconda volta* Quest.) *e* Princip. *nella quarta colonna*; *similmente in* AA^{2-3} (Subiect. | Praedicat. absol. | *etc.*): *in G invece* subjectum. | Praedicatum absolutum. | *etc.*: *noi abbiamo sostituito i plurali*

Cap. III. De prima figura. a 6r

Figura prima, quae A elemento notatur, absoluta complectitur praedicata, quae de subiecto quocunque affirmata vel negata quiditative vel denominative, in concreto vel in abstracto, convertibiliter vel inconvertibiliter, in recto vel in obliquo enunciantur. Ipsum notatur in figura per lineas a punctis circumferentiae singulorum elementorum ad omnia; quod videlicet haec non modo de aliis omnibus extra figuram, sed etiam singula de caeteris universis in figura constitutis praedicantur.

Cap. IV. De secunda figura.

Secunda figura per T elementum notatur, utpote | quae 608
ex trium complicatorum triangulorum ordine conflatur, ad quorum angulorum terminos termini omnes relativi velut ad propria capita referuntur, quam sane relationem contemplari possumus.

in	ivo	utpote	principiativo.
	abili		principiabili.
	ante		principiante.
	are		principiare.
	ato		principiato.
	ando		principiando.

4 quidditative *G* 5 vel in abstrato (*sic*) *P*: vel abstracto (*om.* in) *AA*$^{2-3}$*G*

Quae sunt
- forma seu principium formale. a 6v
- subiectum seu materiale principium.
- efficiens seu agens.
- actio seu operatio.
- actus seu effectus.
- agendum seu finis.

Cap. V. De tertia figura.

Proprium sui significativum tertia figura non habet elementum. Ipsa quippe syllabicum in hac arte et primum combinationis genus exprimit, quatenus ex duorum elementorum coitu plurimi intentionum foetus propagantur, ubi sumitur vel absolutum cum absoluto, vel absolutum cum respectivo, vel respectivum cum respectivo, vel respectivum cum absoluto; et haec vel adiective vel substantive, et ita vel ex parte unius vel ex parte alterius termini, qui sumuntur vel in recto vel in obliquo, aut utrique aut horum alter, significando vel concretive vel abstractive, idque vel simpliciter vel contractive, et figura vel prima vel secunda.

Cap. VI. De quarta figura.

Figura quarta tribus concentricis efformata circulis a 7r
foecundissima est tabulae generalis mater.

1.6 *sic P*; *invece* $AA^{2-3}G$ *hanno* (*però* ivum *G* : ium AA^{2-3}):

Desinentia namque in	ivum	sunt	forma seu principium formale ‹et intrinsecum›.
	abile		Subiectum seu principium materiale.
	ans		Efficiens seu agens.
	are		Actio seu operatio.
	atum		Actus seu effectus.
	andum		Agendum seu finis.

11 foetus *AG*: faetus *P* 16 sumuntur *AG*: summuntur *P* 22 foecundissima *AG* : faecundissima *P*

Haec, ut expressimus in libro De architectura, septem admittit revolutiones pro totidem domorum fabrefactione.

609 Prima constituitur, cum sub B circuli superioris immobilis ponitur C circuli medii et D circuli inferioris, causando septem cameras; secunda, cum sub B circuli superioris ponitur D circuli medii et E circuli interioris; tertia, cum sub B circuli superioris ponitur E circuli medii et F circuli interioris; quarta, cum sub B circuli superioris ponitur F circuli medii et G circuli inferioris; quinta, cum sub B circuli superioris ponitur G circuli medii et H interioris; sexta, cum sub B circuli superioris ponitur H circuli medii et I circuli inferioris; septima, cum sub B circuli superioris ponitur I circuli medii et K circuli interioris.

Domus prima septem ordinibus constans habet 21. cameras.

a 7v

7.	6.	5.	4.	3.	2.	1.
bcd.	bce.	bcf.	bcg.	bch.	bci.	bck.
bde.	bdf.	bdg.	bdh.	bdi.	bdk.	
bef.	beg.	beh.	bei.	bek.		
bfg.	bfh.	bfi.	bfk.			
bgh.	bgi.	bgk.				
bhi.	bhk.					
bik.						

4. p. 358, 18 = *De Architect. Lull. p. 25, 8-39, 8, donde non annoteremo tutte le differenze nei particolari* 5 circuli (*innanzi ad* inferioris) *om.* AG 7 *e* 9 *e* 11. 12 *e* 14. 15 inferioris *G*

Domus secunda sex ordinibus constans
habet 21. cameras.

Secunda domus constituitur, cum fit revolutio duorum internorum circulorum ⟨sub C⟩ circuli immobilis, collocato primo sub eo D circuli medii et E circuli infimi; secundo E medii, F infimi; tertio F medii, G infimi: quarto G medii, H infimi; quinto H medii, I infimi; sexto I medii, K infimi.

6.	5.	4.	3.	2.	1.
cde.	cdf.	cdg.	cdh.	cdi.	cdk.
cef.	ceg.	ceh.	cei.	cek.	
cfg.	cfh.	cfi.	cfk.		
cgh.	cgi.	cgk.			
chi.	chk.				
cik.					

Domus tertia 5. ordinibus constans
habet 15. cameras. 610

Tertia domus constituitur revolutione duorum internorum circulorum sub D circuli immobilis, primo collocato sub eo E circuli medii et F infimi; secundo F medii, G infimi; tertio G medii, H infimi; quarto H medii, I infimi; quinto I medii, K infimi. a 8r

5.	4.	3.	2.	1.
def.	deg.	deh.	dei.	dek.
dfg.	dfh.	dfi.	dfk.	
dgh.	dgi.	dgk.		
dhi.	dhk.			
dik.				

---

4 ⟨sub C⟩ *aggiunge G nel de Arch.*: *om. qui* $PAA^{2-3}G$ 19 collocato *AG*: collocata *P* 21 H infimi *sopra p. 27, 16*: I infimi (infi. *P*) *qui* $PAA^{2-3}G$

Domus quarta quatuor ordinibus constans habet 10. cameras.

Quarta domus fit revolutione duorum circulorum sub E circuli immobilis, collocato primo sub eo F circuli medii et G inferioris; secundo G medii, H infimi; tertio H medii, I infimi; quarto I medii, K infimi.

4.	3.	2.	1.
efg.	efh.	efi.	efk.
egh.	egi.	egk.	
ehi.	ehk.		
eik.			

Domus quinta tribus constans ordinibus habet 6. cameras.

Quinta domus fit, cum primo sub F circuli immobilis **a 8v**
collocatur G circuli medii et H infimi; secundo H medii, I infimi; tertio I medii, K infimi.

⟨3.⟩	⟨2.⟩	⟨1.⟩
fgh.	fgi.	fgk.
fhi.	fhk.	
fik.		

Domus sexta duobus ordinibus constans et tribus cameris.

Sexta domus fit primo sub G immobilis collocato H medii et I infimi; secundo I medii, K infimi.

611

1.	2.
ghi.	ghk.
gik.	

17 *AG* : *om. P*

Domus septima unius camerae.

Septima domus fit moto sub H circuli immobilis I medii, K infimi.

1.

hik.

Comp.

Ex revolutione igitur circulorum quartae figurae resultant octo et viginti domus, quarum prima septem habet ordines et 24. cameras; secunda sex ordines, 21. cameras; tertia quinque ordines, 15. cameras; quarta quatuor ordines, 10. cameras; quinta tres ordines, 6. cameras; sexta duos ordines, 3. cameras; septima unam cameram.

De tabula magna. Cap. VII. **b 1^r**

Tabula magna octoginta quatuor columnis constat, iuxta totidem camerarum numerum, quae in 28. sunt ordinibus, qui sunt in septem domibus, a septem revolutionibus in quarta figura constitutis.

Quaelibet autem columna ex 24. cylindris, et horum singuli quattuor constant membris. Unde quaternarium ductum per 24. reddit 96. membra.

Cylind. XXIV. sunt BCD. CBD. DBC. BDC. CDB. DCB. BBC. BBD. CCB. CCD. DDB. DDC. BCC. BDD. CBB. CDD. DBB. DCC. BCB. BDB. CBC. CDC. DBD. DCD.

---

3 medii ⟨et⟩ K infimi *AG*   6 Comparatio *G*, *che a p. 29, 6 aveva supplito invece* Complexio   9 secunda 6. (VI. *G*) ordines ⟨et⟩ 21. (XXI. *G*) cameras *AG*   13 *così qui anche P* (*cf. a p. 335, 2*)   19 quattuor *P*: 4. *A*: IV. *G*, *come suole*   21 Cylindri *G*   23 CBC. *G*: CBD. *PAA*$^{2-3}$, *ma cf. p. 29, 23*

Singula cylindrorum quatruplici ipsius T situatione, quatuor membra sibi asciscunt; aut enim est ante elementum primum TBCD, aut post primum ante secundum BTCD, aut post secundum ante tertium BCTD, aut post tertium BCDT. Elementa ante T significant | praedicata absoluta, **612** elementa post T respectiva significant praedicata. Ordo est ut T primo sit primum, secundo secundum, tertio tertium, quarto quartum.

BCD.	Columna.
tbcd.	diff. conc. cont.
btcd.	bon. conc. cont.
bctd.	bon. mag. cont.
bcdt.	bon. magn. dur.
CBD.	
tcbd.	conc. diff. cont.
ctbd.	magn. bon. cont.
cbtd.	magn. bon. cont.
cbdt.	magn. bon. dur.
DBC.	
tdbc.	cont. diff. conc.
dtbc.	dur. diff. conc.

b 1v

---

1 Singula *p. 30, 1*: Singulae *PAA*[2]: Cingulae *A*[3]: Singuli *G* quatruplici *PA*: quadruplici *A*[2-3]*G* 3 BTCD *AG*: BTCB *P* 4 BCTD *A*[2-3]*G*: BCTB *PA*: *così bisognava correggere anche a p. 30, 3 sq.* 4. 5 aut post tertium BCDT *om. A*[2-3] 9 *sqq. in AA*[2-3]*G le serie sono disposte nel modo seguente:*

Cylindri	Membra	Columnae		
BCD	tbcd	diff.	conc.	cont.
	btcd	bon.	conc.	cont.
	bctd	bon.	mag.	cont.
	bcdt	bon.	mag.	dur. *etc.*

14 CBD *AG*: BCD *P* 16. 18 *etc.* magn. *P*: mag. *AG*; *noi riproduciamo in seguito fedelmente l' ediz. originale, senza annotare siffatte minute discrepanze. Così trascuriamo anche le discrepanze di AA*[2-3] *nell' ordine dei cilindri etc.* 16 bon.] conc. *p. 30, 14*

dbtc.	dur. bon. conc.
dbct.	dur. bon. magn.
BDC.	
tbdc.	diff. cont. conc.
btdc.	bon. cont. conc.
bdtc.	bon. dur. conc.
bdct.	bon. dur. conc.
CDB.	
tcdb.	conc. cont. diff.
ctdb.	mag. cont. diff.
cdtb.	magn. dur. diff.
cdbt.	magn. dur. bon.
DCB.	
tdcb.	cont. conc. diff.
dtcb.	dur. conc. diff.
dctb.	dur. mag. diff.
dcbt.	dur. mag. bon.
BCB.	
tbcb.	*
btcb.	bon. conc. diff.
bctb.	bon. mag. diff.
bcbt.	*
BDB.	
tbdb.	*
btdb.	bon. cont. diff.
bdtb.	bon. dur. diff.
bdbt.	*
CBC.	
tcbc.	*
ctbc.	mag. diff. conc.

2 dur.] duo. *P* 7 conc.] mag. *G* 12 magu *P*

cbtc. magn. bon. conc.

cbct. *

CDC. 613

tcdc. *

ctdc. mag. diff. conc.

cdtc. magn. dur. conc.

cdct. *

DBD. b 2r

tdbd. *

dtbd. dur. diff. cont.

dbtd. dur. bon. cont.

dbdt. *

DCD.

tdcd. *

dtcd. dur. conc. cont.

dctd. dur. mag. cont.

dcdt. *

BBC.

tbbc. *

btbc. bon. diff. conc.

bbtc. *

bbct. *

BBD.

tbbd. *

btbd. bon. diff. cont.

bbtd. *

bbdt. *

CCB.

tccb. *

ctcb. magn. conc. diff.

---

20 conc. *P*: cont. *G*

cctb. *
ccbt. *
CCD.
tccd. *
ctcd. magn. conc. cont.
cctd. *
ccdt. *
DDB.
tddb. *
dtdb. dur. cont. diff.
ddtb. *
ddbt. *
DDC.
tddc. *
dtdc. dur. cont. conc.
ddtc. *
ddct. *
BCC.
tbcc. *
btcc. *
bctc. bon. magn. conc.
bcct. *
BDD. 614
tbdd. *
btdd. *
bdtd. bon. dur. cont.
bddt. *
CBB. b 2'
tcbb. *
ctbb. *
cbtb. magn. bon. cont.
cbbt. *

CDD.	
tcdd.	*
ctdd.	*
cdtd.	magn. dur. cont.
cddt.	*
DBB.	
tdbb.	*
dtbb.	*
dbtb.	dur. bon. diff.
dbbt.	*
DCC.	
tdcc.	*
dtcc.	*
dctc.	dur. mag. conc.
dcct.	*

Hîc vanam intelligimus combinationem, ubi T non mediat inter geminatas literas.

De utilibus et inutilibus combinationibus.

De octo igitur, quae habentur, istius columnae membrorum duodenariis, quatuor duntaxat extant utilia; ratio cuius est inde manifesta, quia frustra eiusdem praedicati signum geminatur in ipsis, quae per stellarum adiectionem sunt in columna denotata. Duodenarium primum ex tribus primis cylindris extrahitur, secundum de sex sequentibus secundis, tertium de duodecim tertiis et ultimis.

Haec columna 100. membrorum, cuius 48. dixi|mus esse utilia, foecundior est quam columna Lulliana, quae 20. b 3r

14 conc. *P*: cont. *AG* 16 * Hic *AG* 20. 23 (Ratio — denotata) *P* 23 ⟨igitur⟩ primum *AG* 27 foecundior *AG*: faecundior *P*

tantum constat membris in unico cylindro. Accidit autem nobis eam ditasse extra eam rationem, qua Raymundus potuit omisisse caetera membra, quia inutilem eiusdem fieri videbat repetitionem, quandoquidem dicere BCD, id est bonitas magna durans, et dicere | CBD, id est magna bo- **615**
nitas durans, idem est. Nos vero Raymundi ordinem et sufficientiam non improbamus, et fatemur in suo vigenario omnia tandem contineri quidem, sed caeca et ipsi Lullio fortasse etiam occulta vel minus considerata. Postquam igitur combinationes, quae ex quatuor istis elementis et ordinatis fieri possunt, extendimus, quaeque ex iis omnibus frugales extent patefactum est, discurratur columna sumendo primum elementum substantive, duo reliqua adiective, dicendo: bonitas magna durans, quae significatur in BCD. Nonne utillima et etiam pro ratione complementi discursus necessaria eorundem elementorum alia ordinatio fiet, dicendo: magnitudo bona durans, cuius signum est CBD? Non est sane eiusdem repetitio. Similiter unquam non erit eiusdem repetitio, si certa quadam lege disponantur termini tres per adiectivum et substantivum, rectum et obliquum, ut ea lege se habeat unum membrum, qua aliud; | vel si omnia membra pariformiter capian- **b 3v**
tur, numquam eiusdem fiet repetitio, et non incidemus in necessarii omissionem, sicut cum posito BCD contemnitur CBD.

Numerus legum.

Leges vero, quibus uniformiter discurritur columna, sunt octo, quarum una est sumpto primo termino adiecti-

---

7.8 in suo vicenario *G*, *cf. p. 34, 13 sq.* 15 utilissima *AG* 19 unquam *om. AG* 23 nunquam *AG*

ve, reliquis duobus substantive, 2. alia est sumpto primo termino substantive, duobus aliis adiective, 3. alia sumpto primo et secundo ⟨adiective, tertio substantive, 4. alia sumpto primo et secundo⟩ termino substantive, tertio adiective, 5. alia sumpto primo et tertio adiective, secundo substantive, 6. alia sumpto primo et tertio substantive, secundo adiective, 7. alia sumptis omnibus adiective, 8. alia sumptis omnibus substantive.

Multiplicatio legum.

Praepositae octo leges, per variam obliqui et recti, abstracti concretique distributionem, utilissimas 64. | pro- **616**
positionum considerationes, quibus subiectum problema potest examinari, constituunt.

Stante enim primo termino adiective, secundo et tertio substantive, dicitur:

BCDT **b 4r**

Bonum magnitudinis durationis.
Bonum magnitudine durationis.
Bono magnitudinis duratio.
Bonum magnitudinis duratione.
Boni magnitudo durationis.
Boni magnitudinis duratio.

3. 4 ⟨adiective—secundo⟩ *AG*: *om.* *P*: *forse meglio* secundo ⟨termino adiective, tertio substantive, 4. alia sumpto primo et secundo⟩ termino   11 utilissimas *qui anche P*, *cf. p.* 35, *17*   17 *sqq. in* $AA^{2-3}G$ *alle proposizioni è preposto il rispettivo numero* (*da* 1 *a* 64)

Primo substantive, secundo et tertio adiective:

Bonitate magna durans.
Bonitate magnum durans.
Bonitate magni durans.
Bonitas magna durans.
Bonitas magni durantis.
Bonitas magno durans.
Bonitas magna durantis.
Bonitatis magnum durans.
Bonitatis magnae durans.

Primo et secundo adiective, tertio substantive:

Bonum magni duratione.
Bono magna duratio.
Bono magni duratio.
Bonum magnum duratione, i. per duration.
Bonum magnum durationis.
Bonum magnae durationis. **b 4v**
Boni magna duratio.
Boni magni duratio.

Primo et secundo substantive, tertio adiective:

Bonitas magnitudine durans.
Bonitate magnitudo durans.
Bonitate magnitudinis durans.
Bonitas magnitudinis durans.
Bonitas magnitudinis durantis, i. quae durat.

---

1. 11. 20 *etc.* 2. Primo, 3. Primo, 4. Primo *etc.* *AA*$^{2-3}$*G* 13 mangna *P*
15 i. per duration. *om.* *AG* 22 mangnitudo *P* 25 *etc.* i.] id est *AG*

Bonitas magnitudinis durantis, i. eius quod durat.
Bonitatis magnitudo durans.
Bonitatis magnitudine durans.
Bonitatis magnitudinis durans, id est de bonitate magnitudinis id quod durat. **617**

Primo et tertio adiective, secundo substantive:

Bonum magnitudine durantis.
Bono magnitudo durans.
Bono magnitudinis durans.
Bonum magnitudinis durans.
Bonum magnitudinis durantis, i. quae durat.
Bonum magnitudinis durantis, i. eius quod durat.
Boni magnitudinis durans, id est de bono magnitudinis id quod durat.
Boni magnitudo durans.

Primo et tertio substantive, secundo adiective: **b 5r**

Bonitas magna duratione.
Bonitas magna durationis.
Bonitas magni duratione.
Bonitas magnae durationis
Bonitatis magna duratio.
Ronitatis magni duratio.
Bonitatis magnae duratio.
Bonitate magna duratio.
Bonitate magni duratio.

Omnibus adiective sumptis:

Bonum magnum durans.
Bonum magnum durantis.

Bonum magni durans.
Bonum magni durantis.
Boni magnum durans.
Boni magni durans.
Bono magnum durans.
Bonò magno durans.
Bono magni durans.

Omnibus substantive sumptis:

Bonitas magnitudinis durationis.
Bonitas magnitudine durationis. 618
Bonitatis magnitudinis duratio. b 5v
Bonitatis magnitudine duratio.
Bonitatis magnitudo durationis.
Bonitate magnitudinis duratio.

INDVCTIO.

Hoc quod completum est in BCDT, quod est unum membrum primi cylindri huius columnae, intelligant completum in BCTD, BTCD, TBCD, quae sunt reliqua eiusdem cylindri membra. Identidem fiat in aliis cylindrorum membris, tum columnae istius, tum aliarum omnium. Ubi illud perpetuo advertendum, ut e tribus terminis unus in recto capiatur; et ideo tres termini pluribus modis 64. nunc positis non inflectuntur facile.

Multiplex terminorum acceptio.

Nec te praetereat, quod terminus primus, hoc in loco i. in columna ista per B significatus, aliquando sumitur

22 ideò *P*: indo *AG* 22. 23 modis ⟨quam⟩ sexaginta quatuor nunc positis (*sic!*) *G* 25 praetereat *AG*: pretereat *P* 26 .i. *P*: id est *AG*

secundum se, ut cum quaestio est de bonitate; quandoque sumiter cum alio incomplexe sumpto, ut cum quaestio est de bonitate mundi, de bono naturae, de bono summo;
aliquando | sumitur cum alio complexe sumpto, ut cum **b 6r**
quaestio est de bonitate aeternitatis mundi. Omnis enim quaestio de subiecto aliquo aut sumitur sine aliquo quod verbo adiaceat, ut: an, quid, de quo, quare etc. mundus est? aut sumitur cum uno adiacente, ut: an, quid, de quo etc. mundus est aeternus? aut sumitur cum duobus vel pluribus adiacentibus, ut: an, quid, quomodo, bonum est mundum esse in aeterna concordantia et differentia? etc. De aliorun membrorum primis terminis idem est iudicium. Item sicut ipsum B, quod ponitur pro subiecto, tripliciter sumi posse dicitur, ita tripliciter posse sumi caeteros terminos (ut in hoc loco CD) intelligatur. Ipsum vero in uno demonstrasse sufficit.

Hoc pacto veluti confusam, obscuram et imperfectam **619**
tabulam distinximus, clarificavimus et perfecimus.

⟨Cap. VIII.⟩ De terminorum artis formatione.

Quoniam vero artis huius usus absque terminorum alphabeti prompta et ordinata comprehensione difficillimus est, ob eam causam hosce figurationis canones instituimus.

⟨I.⟩ Novem ex facie bene notos homines adsciscito, quo- **b 6v**
rum singula nomina vel propria vel tua institutione appropriata a singulis horum elementorum initium sumant,

---

9 (*non* 6 *e* 8) sumitur *AG*: summitur *P* 11 *om. l' interrogativo PG*
19 Capvt . . (*sic*) De terminorum *etc. P*: De terminorum *etc.* Caput VIII. *AG*; *cf. a p. 335, 2* 22 eam ob *traspongono AG* 24 ⟨I.⟩ *G*: *om.* PAA^{2-3}

ut pro B Brutus, pro C Caesar, quatenus prompte eodem, quo haec occurrunt, occurrere possint ordine.

II. His pro novem subiectorum significatione novem sigillatim adtribuantur dignitates, ut B Deum significet Brutus sacerdos, C Angelum Caesar nuncius.

III. Iisdem ad significanda absoluta praedicata totidem cognata sint instrumenta, ut B lux significet bonitatem, C globus significet magnitudinem.

IV. Iidem pro notandis respectivis praedicatis totidem proprias intelligantur suscipere operationes, ut B differentiam significet disputans, C concordantiam placans.

V. Illis etiam pro quaestionibus notandis adstent res, ut pro B utrum? utres, pro C quid? latibulum.

VI. Simili ratione providendum, ubi simplex vel multiplex virtutum et vitiorum et aliorum, quae sub instrumentativo continentur, alphabeta cupias multiplicare. Adstent enim singulis dictorum vitiorum, pro his pueri novem, pro aliis puellae no|vem, pro iis senes novem, pro aliis tot b 7r bruta vel tot alius generis alia.

VII. Omnia tum quo promptius et expeditius oculis obiiciantur, tum etiam quo tabulam felicius valeas explicare, in novem locis comunibus situata intelligas, quorum mox singula in quatuor particulares sedes distribuantur, ut ita per haec columnarum partes deducantur, et varia ipsius T situatio operantem non interturbet aliquando.

---

4 attribuantur *AG* 17 alphabeta *PAA*$^{2-3}$: alphabetum *G* 18 vitiorum *AG*: virorum *P* 21 VII. *A*$^{2-3}$*G*: VI. *PA* 23 communibus *AG*

Sequitur typus ex tribus de triginta nostris sigillis, interprete, combinante et peregrino, atque est foecundissima innumerabilium inventionum ratio, ut et hinc acutus inspector colligere valebit. 620

	B	C	D	E
Vir	Brutus	Caesar	Dionysius	Ernestus
Locus	In templo	In tribunali	In academia	In triclinio
Dignitas	Sacerdos	Nuncius	Astrologus	Sponsus
Instrumentum	Lux	Globus	Columna	Sceptrum
Actio	Disputat	Placat	Pugnat	Exorditur
Res adstans	Utres	Latibulum	Fons	Tortura

b 7v

	F	G	H	I	K
Vir	Fabius	Gyges	Horatius	Iulius .	Karolus
Locus	In circo	In lacu	In horto	In fornace	In theatro
Dignitas	Eques	Piscator	Astrologus	Chimicus	Miles
Instrumentum	Liber	Harpago	Gladius	Speculum	Corona
Actio	Interponit	Plicat	Inserit	Contemperat	Obtruncat
Res adstans	Lances	Color	Horologium	Arca	Forma Nodus.

---

1 Sequitut *P*: *em. AG* 1. 2 interprete *etc.*] *v. sopra p. 96. 100. 104. 150 sqq.*; *erroneamente annotano in margine* Ex lib. de imaginum etc. compositione *AA*[2–3] 2 atque est *P*: estque *AG* foecundissima *AG*: faecundissima *P* 5 Dionysius *AG*: Dionisius *P* 7 *e* 15 Digni. *P* 8 *e* 16 Instr. *P* 10 *e* 20 adstans *G*: ads. *PAA*[2–3] 10 Tortura *AG*: Torctura *P* 20 Arca *AG*: Archa *P* 21 Nodus *P*: Modus *AG*

In locis communibus anguli, seu particulares quatuor sedes. **b 8r**

	Templo	Altare	Lavacrum	Mensa	Sepulchrum
	Tribunali	Solium	Sedile	Suggestus	Oratorium
	Academia	Bibliotheca	Mensa	Cathedra	Pulpitum
	Triclinio	Lectus	Promptuarium	Lavacrum	Coenaculum
In	Circo	Equus	Lances	Sella	Pabulum
	Lacu	Fuscina	Cymba	Retia	Velum
	Horto	Sporta	Rastrum	Puteus	Ligones
	Fornace	Cucurbitae	Carbones	Alumina	Testae
	Theatro	Scutum	Currus	Tormentum	Cassis.

4 Bibliotheca *AG*: Biblioteca *P* 5 Coenaculum *AG*: Caenaculum *P* 7 Cymba *G*: Cimba PAA^{2-3} Retia *AG*: Rhetia *P* 9 Cucurbita *G* 11 *sottoscrivono* Finis $AA^{2-3}G$. *Segue nelle edizioni il 'De Lampade Combinatoria' come l' abbiamo stampato sopra da p. 242 a p. 327 (in G anche la dedica al Senato di Wittenberg); v. sopra a p. 226*

ANIMADVERSIONES
CIRCA LAMPADEM LVLLIANAM.

Togliamo questo frammento di 'Animadversiones circa Lampadem Lullianam' dal codice Augustano (= A; A^1 = A prima della correzione), per cui vedi Stölzle in 'Archiv für Gesch. der Philos.' III (1890) p. 391 sq., e la nostra prefazione al terzo volume.

ANIMADVERSIONES 58r

CIRCA LAMPADEM LVLLIANAM.

13 Martii 87.

Illud in principio huius speculationis est animadvertendum, quod fundamentum huius artis et maxima efficaciae pars in ordine et modo procedendi consistat. Cum ergo multorum sint methodorum species, unica quae huic congruit negotio ut ab aliis distinguatur, illud est animadvertendum, quod methodorum quaedam sunt divisivae, quaedam compositivae, quaedam inquisitivae, quaedam institutivae, quaedam constructivae, quaedam mixtae.

Divisiva quidem methodus est ut definitiva, in qua posito aliquo subiecto seu definibili procedimus, primo considerando eius genus, utpote in quorum universitate consistat, deinde primas differentias, tandem ultimas atque proximas immediatasque usque ad propriissimam unam. Et hic modus adsimilatur cognitioni, quae procedit a toto indistincto atque confuso ad partes, ut a sensu hominis integri ad resolutionem in partes, ut sunt caput, manus etc., et inde ad carnem, ossa etc., et inde ad quatuor humores, ex his ad quatuor elementa, ultimo ad materiam quae est

---

3 Martj *A* 7 multorū (*sic, non* multarū) *A*: *l.* multae

corpus simpliciter, et formam quae est anima. Ita definitio resolvit nomen hominis in partes eius definitionis.

Methodus *compositiva* est ut ordo demonstrationis; cum enim propositum fuerit, an passio praedicata de subiecto aliquo dicatur, illa assumtis mediis multipliciter discurrendo praedicatum cum subiecto componit vel in subiecto dividit.

Methodus *inquisitiva*, quae eadem est quae *inventiva*, est quae procedit a partibus, principiis, utpote a 58v
particularibus et sensibilibus, quae sunt partes et principia cognitionis, ad universalia et intelligibilia; quo pacto per inductionem et exempla arguuntur universalia, ex quibus tandem scientia integratur.

Methodus *institutiva* est quae ab universalibus ad particularia procedit, et haec est accommodata ad inventionem, complementum, ad gignendam doctrinam in aliis; sic enim proponuntur primo praeceptiones communes et regulae universales, antequam ad exceptiones et particularia singulisque propria progressus fiat; alioquin eiusdem crebra repetitio accideret, ut si quis velit docere naturam animalium et in singulis speciebus innovare intentionem universalis, cum expedierit primo dixisse quod est omnibus commune, secundo quod aliquibus, tertio quod singulis.

Methodus *directiva*, quae *compositivae* affinis est, est quando a simplicioribus et elementis progressio fit ad elementata, sicut accidit apud geometras et arithmeticos, qui a notitia puncti, lineae, anguli procedunt ad notitiam figurarum, quae ex istis integrantur atque formantur; et

---

2 in suas partes eius A^1 5 dicatur] praedicatur A^1 6 discurrente c cum subiectum A 20 * * * ideret A^1

hic modus ultimus facile admiscetur cum aliis quibusdam, utpote modo directivo, modo institutivo. Praesertim iuxta hunc modum ars praesens regulatur; procedit enim a simplicibus et elementis doctrinae et scripturae ad proximam compositionem, et a proxima ad remotam et ultimam. Sicut et proportionatur ordo iste procedendi ordini gramma- **59r**
ticorum; sicut enim grammatici suum habent alphabetum continens elementa perpauca, ex quibus infinitae conflantur dictiones, ita haec ars simplices quosdam terminos recipit, ex quibus infinitae conflantur propositiones, enunciationes, definitiones, et argumentorum infinita media desumuntur, licet selectissimorum mediorum magna, sed non innumerabilis potest esse copia. Non enim tot existunt quibus demonstramus, quot esse possunt quibus persuademus media; neque quibus demonstramus graviter et persuademus, eorum, quibus leviter persuadere et demonstrare possumus, numerum exaequare possunt. Istis simplicibus elementis, quae triplici alphabeto (quorum singula novem constant elementis) conflatur, succedit, ubi videbitur combinatio ex duobus elementis verbi ad syllabarum constitutionem, quae proportionatur primae intellectus operationi, quam sequitur discursus, quae consistere videbitur in combinatione trium elementorum, sicut omnis argumentatio, quaecunque et qualiscunque sit, neque plures neque pauciores tribus terminos assumit.

Principia ad plura sese extendunt quam caussae (Deus est caussa, sed non principium), magis etiam sunt generaliora quam elementa. Elementa dicuntur quae sunt partes

---

4 scripturae *incerto in A*   7 *e* 18 Alphabethum *e* Alphabetho *A*   10 rececipit *A* (?)   propositiones] dictiones A^1 18. 19 *in A c' è il segno di parentesi innanzi a* quorum, *ma manca dopo* constant elementis   19 conflatur *A* : *forse* conflantur, ⟨syllabicum⟩   22 quae] *forse* qui

vel ex quibus est aliquid et in quod resolvitur aliquid. Actio est ipsa operatio quod ex ipso actu consequitur * * * compositionem) affirmationem vel negationem.

Capvt 4. 59v

Circa capitulum quartum animadvertendum est, Lullium ad novem subiecta reducere omnia de quibus aliquid dicitur, utpote universa, quae et qualiacunque sint, conveniunt in considerationem, ut de ipsis aliquid vel negetur vel affirmetur vel quomodocunque consideretur pertinere ad horum aliqua vel aliquod. Et certe nihil esse potest quod ipsorum aliquam subterfugiat rationem, quod inquam ad unius vel plurium istorum debeat figurari et formari, ditari. Itaque ad haec novem omnia dicibilia, omnia proponibilia reducuntur, et nihil extra haec novem fingi potest, quandoquidem ne ipsa quidem figmenta, quae fingentis instrumenta et decipientis sunt et errantis, ad proprium genus reducuntur. Primum igitur quod in hac arte debet esse manifestum, est ratio qua quodcunque propositum ad suam classem referatur. Huic considerationi succedit afferre novem istorum definitiones per singula, quae ita sunt propriae generibus ipsis seu qualitatibus subiectis, ut connumerabiles et communes, appropriabiles et appropriatae esse possint singulis et universalibus et particularibus et ad ipsa reducibilibus, ut mox per principia et elementa illius secundum eam rationem regulatae deducuntur.

---

1 est] se *A*   2. 3 *sic A* (composōe *potrebbe essere anche* compositione); *dopo* consequitur *il resto del rigo* (*circa una ventina di lettere*) *è vuoto, e noi indichiamo una lacuna*   12 istorum ⟨similitudinem non⟩ debeat *o sim.?*   21 *dopo* generibus *cancella* seu *A*

CIRCA QVARTVM ET QVINTVM CAPITVLVM.

Ubi sese omnia sunt explicata, illud est retinendum, quod licet omnia dicibilia, considerabilia, prout subiiciuntur demonstrationi et considerationi, sunt subiecta, et omnia una et alia ratione possunt esse praedicata, ut explicatur in textu; | sunt tamen quaedam enumerata, quae **60r** sui ex natura magis subiecti, quaedam autem praedicati naturam subeunt, in ..... et ad insinuandam formam artis oportet definiri et ad propriam orbitam referri universa. Iam quia pro usu praesentis artis haec non solum debent memoria teneri, sed illi etiam promtissima esse, ut promtissima desideratur ab eo, qui artem exercet, conceptionum et argumentationum executio; ideo brevem hanc rationem instituimus, qua quisque promtissime perquisita concipere possit, quia promte oportet habere alphabetum et novem praedicatorum absolutorum, praedicatorum respectivorum rotam, et rotam quaestionum quae sunt quatuor numero, quarum singulae novem constant terminis, per easdem novem literas significatis. Eliget ibi quatuor hominum genera, ut habeas senes novem notos, novem notos pueros, novem notas ancillas, novem nota animalia vel alius generis homines, amicos etc. Et nomina illorum sint vel fingantur talia qualia habent per ordinem primam literam respondentem singulis istorum novem elementorum, utpote habeas per B Barnabam, per C Caesarem, per D Davum, per E Eugenium, per F Fabium, per G Guielhelmum, per H Honoratum, per I Iohannem, per K Karolum.

---

2 *sic A* 7 *dopo* praedicati *cancella* mt *A* 8 in q̂ et ad *etc. A*
9 orbi * * *A*[1] 15 alphabethum *A* 21 alīa *A*

Eodem nomine appellare pueros, puellas et servos non inconvenit. Iam ubi elegeris homines pro significandis terminis huius artis, verbi gratia subiecta Barnabas intelligatur vel Dei statuam habens, Caesar intelligatur angelicus alatus, Dionysius intelligatur astrologus | vel sphaeram **60v**
habens coeli, Eugenius intelligatur esse cum coniuge. Et ita per ordinem est de caeteris suo modo. Unde pro litera C inter subiecta, ut quamprimum occurrit Caesar, occurrit eius comes, instrumentum et formatio, et consequenter significatio.

PROBATVR MVNDVM ESSE AETERNVM PER DEDVCTIONEM PRIMAE FIGVRAE.

Posito D in centro, quod significat coelum et mundum, primo fiat deductio per novem principia simpliciter. Primo in B: quod semper est bonum, semper bonum | est esse; **61r**
mundus semper est esse bonus; ergo semper est esse. Probatur minor, quia nulla est ratio, qua vel pro tempore vel pro forma malus dici possit.

C. Potentia passiva materiae non habet aliquid extra universum, quod ipsum impediat; ipsa enim est universa, et subiicitur magnitudini et moli universae. Si ergo non est vacuum et inane extra illud, quod implet omnia, ergo non est signum inanitionis. Et sicut non est signum principium quantitatis, ita nec temporis.

D. In universo est potentia qua semper esse potest,

---

1 appellare *corr. A*: appellabis et A^1 3 *sic A* 4 statuam *incerto in A* 8 q̄mprimum *A*: *forse* quum primum*?* 10 *segue in A una figura incompleta, rappresentante due circoli concentrici* (*presso a poco la figura stessa che abbiamo trovato sopra a p. 13, ma senza le lettere*) 23.24 *sic A*

et per consequens est incorruptibile, ut indicat eius motus continuus et regularis; omne autem incorruptibile idem est ac ingenerabile; tale autem est aeternum.

E. In motoribus coelorum vel anima mundi et orbium, quae sunt formae habent potentiam perpetuo retinendae materiae in ea in qua ...... sunt dispositione; ergo cum haec potentia non debeat carere actu suo, mundus est aeternus. Antecedens est manifestum, ex eo quod per oppositum omne incorruptibile est ingenerabile.

F. Non est ratio neque sensus, qui possit attribuere principium motui et vegetationi universi, quia in ipsis, quae sunt, mobile est ante motum, quia nihil movetur nisi quod potest moveri, et motus est ante generationem mobilis, quia nihil generatur nisi de potentia reducatur in actum.

G. In mundo est appetitus et appulsus ad esse semper, immo materialia omnia naturaliter desiderant servari in esse inconsulto, quod quidem desiderium si frustratur in particulari, | non debet frustrari in natura universa, in **61v**
qua excellentissimus motus reperitur.

H. In virtute naturae mundi est, ut perpetuo possit movere suum corpus, quia animae mundi nihil est contrarium, quia ipsa est forma formanda; omne autem quod corrumpitur, impeditur: licet autem particularibus conveniat impedimentum et corruptio propter contrarietatem, universo tamen, cuius partes constitutivae sunt contrariae, idem convenire non potest.

I. Melius est esse quam non esse. Ita quoque melius est fuisse quam non fuisse, melius futurum quam non futurum; tale enim debet esse quod verum et bonum est, et a quo amotum nihil est.

---

4 anima] annia *A* 6 in ea qua natae sunt ? 17 in, consulto *A*

K. Finis et perfectio omnis operationis est consistentia et esse; ergo universi operis universa consistentia; haec vero se extendat ad omne tempus oportet. Ergo est aeternus.

B. C. Particulare bonum potest esse in parte; sed universale bonum, quod idem maximum est bonum, debet esse in toto. Ergo totum facit durationem.

B. D. Quod est bonum, debet esse; universum est bonum et maximum bonum et quod continet omnia et ad quem terminantur omnia quae terminantur, ipsum autem non habet ad quod terminetur; ergo est finis et non finitum.

B. E. Bonitas mundi tanta est, ut possit se ipsam servare, quia eius potentia non limitatur ad aliquid aliud, neque habet contrarium non solum quod vincat illam nec et quod obsistat illi; ergo absolutam habet et singularem 62r
potentiam.

B. F. Bonitas mundi non potest intelligi neque comprehendi corruptibilis; ergo non est asserenda eiusmodi.

B. G. Bonum habet id bonum; mundus cum sit perfecte bonus, perfectam habet bonitatem; haec autem non erit, si assimiletur rectae non circulari.

B. H. Mundi bonitas semper est in eodem vigore; ita enim viget nunc, ut semper viguisse visum est, ut patet ex numero specierum non exaucto, sicut et variato et mutato; quanto magis talis virtus tribui debet universo, quod omnia instaurat et continet. * * *

---

3 extendet *A* 10 quem] *l.* quod 11 habet $\overset{\text{ad}}{\text{quod}}$ *A* 20 *sic A* 26 qua*to A^1 27 *indichiamo una lacuna*

